Emulatio Vicinor., inuidiosa operat' ut sæpe Stabilia bona minus utilia reddant' contra bonos, et politicos mores; Cappr tali morbo occurrentes: Statuimus, et firmiter ordinamus, qđ siquis uendere intendat aliquam eius possessm. Stabilem intus, uel foris dcām Terrā, et

eius Territorium teneat, et debeat requirere, seù requiri facere Vicinû proximiore, et magis cohaerentem dictae rei Stabili uenden, et si emere uoluerit, ei uendere pro pari praetio qđ ab aliquo aliò reperiretur, et si alteri uendiderit. talis uenditio nô ualeat ipso iure, Et nihil. proximiori uicino emere uolenti pro eodem pari praetio facta uenditio intelligatur, et soluto uenditori praetio si recipere uoluerit, siu aut depositato penès idoneâ personam emptori possessionem praedictam tradere compellatur.

De quibus contractibus debeat fieri script.º cap. xxxviij.º

Futuris discordijs quantum possumus obuiare desiderantes: statuimus qđ de quacunq re Stabili, siue mobili, ac se mouenti exceden summam, et ualorem xxv. lib. den. non ualeat emptio, uenditio, donatio, seù facta diuisio inter partes, soccita, societas, siue transactio, sententia laudum. arbitramentû etiâ de partiû uoluntate factum pactum, nisi de praedictis factis conuentionibus, et contractibus, et ipsor quotis, script.º uel saltem priuata cum duob testibus annotata ultra scribentem fuerit celebrata: Et si alr fieri contingat in praedictis à dicta quantitate xxv. lib. supra in agendo, seù excipien. uel replican nemo in iud.º audiatur et processus in praemissis factus non ualeat ipso iure renuntiatione aliquo quomodolibet faciente, minime obstante incontrarium.

Qđ relicta satisfiant per heredes, et Tutores. cap. xxxix.

Pro euitatione circuitus; Statuimus, qđ heredes, Tutores, fideicômissarij, uel executores ultimar uoluntatum teneantur. et debeant soluere, et satisfacere oîa, et singula relicta, legata, et fideicommissa legîme debita, seù facta per defunctos quibuscunq personis, uel locis Ecc.lis siue laicis, uel secularibus. Volumus tñ qđ talia legata, siue relicta siquis negauerit, uel conuincatur x lib. poena puniatur, ultra condênationem expensar legîme factar. Declaramus insuper qđ in hmôi credat sacramento unius Testis fidedigni pro plena probatione usq ad quantitatem ualoris centum sol. talis relicti, si Testis ptis pns extiterit in Testamento uel ult.º uoluntate in quo, uel qua tale relictum factum fuisse dicatur à centum uero

23

soldis supra legitima probatio fieri debeat in prædictis.

quibus Testibus non credatur. cap. xxxx.

Minoribus annorum quatuordecim masculis, fæminis aut annorum duodecim omnino fidem aliquam in testificando prohibemus adhiberi præterquam in damnis datis usque ad quantitatem soldorum, Falsarios vero publicos proditores, sive periuros penitus ab omni testimonio repulsas esse declaramus, tamque infames si de eorum falsitate, periurio, proditione, seu infamia, condemnatione processus apparuerit; Et nihilominus si super aliqua re, vel quantitate testificaverint eorum testimonium non valeat; Si vero de ipsorum falsitate, periurio, proditione, seu infamia condemnatio non appareret, sed tantum infames essent infamia facti ex publica voce, et fama dictæ Terræ; relinquimus arbitrio et concientiæ Potestatis vel eius Vicarij, quantam fidem tali Testi voluerit adhiberi pensatis rerum qualitatum personarum conditionibus.

De venditione pignorum factorum per Civitatem. cap. xli

Quia vigilantibus, et sollicitis non aut negligentibus iura subveniunt: Ideirco Statuimus firmiter ordinantes, quod quilibet habens aliquid genus pignoris in curia Terræ Baschij debeat illud infra quinque dies postquam fuit per curiam præconizatum, sive bannitum relevere, et recolligere alias infra dictum terminum quinque dierum à die emanati banni non reluerit sive recolligerit liceat tunc Camerario communis, et officiali deputato vendere cuicunque personæ prout plus, et melius videbitur, et potuerit. Volumus tamen, quod tale pignus, sive pignora ementes sacramento dummodo de pignoris venditione scriptura appareat in libro Camerarii communis Prohibemus insuper Castaldum, et Camerarium dicti communis per tempora existentes ad emptionem dictorum Pignorum quoquomodo admitti posse, et eorum emptio sit ipso iure nulla, et penam ipsi, et quilibet ipsorum xx sol. se noverint incurrisse vice qualibet et alijs personis omnino vendatur.

De domibus datis ad pensionem. Cap. xlij.

Statuimus quod siquis conduxerit sibi domum alicuius ad pensionem teneatur, et debeat ipse,

uel eius heredes soluere, et satisfacere locatori, uel eius heredibus ad pensionem inter eos pro tempore conuentam sedum pacta inita, et facta: Si uo nulla fuerit facta conuentio siue pactu de quo tempore pensio solueretur pnti Statuto ordinamus, qd dimidia pensionis solui debeat medio tempore locationis persoluatur; Declaramus aut qd finito tempore location conductor, uel eius heredes teneantur, et debeant dcam domum disgombratam cum effectu consignare locatori, uel eius heredibus infra spatium sex dier post qs fuit requisitus sub pœna arbo Potatis incurrenda: Et nihilt exire dcam domum et disgomeratam relaxari locatori, uel eius heredibus omnino cum effectu consignare compellatur, et prædicta omnia etiam obseruari in stabulis, Griptis, Capannis aut in Hortis ad pensionem concessis ut sa dictum est: Volumus tn in præmissis qd de locatione, pensione, et pattis sacramto locatoris cum uno Teste fidedigno, et oi exceptione maiori.

De locatione Terrar, et Vinearum. Cap. XLIIJ.o

Vineas aut et Terras siquis locauerit alicui ad laborandu non possit rem locata a conductore uel eius heredibus resumere donec Terra fuit excultata, Vinea uindemiata, dummo conductor et laborator legalr, et bona fide rem sibi locatam laborauerit ad usum boni laboratoris: teneat tamen laborator, et conductor anteqs bladu recolligat, aut Vinea uindemiat requirere patronu locatorem, uel eius heredes, eiqz, uel eis significare certum diem, quo intelgit blada colligere, uel uendemiare, qd uadat, seu mittat pro blado, aut Vinis, et musto sibi tangente sub pœna XX. lib. pro quol contrafaciente, et tunc possit expelli: Si aut locator requisitus negligens fuerit in tempore, et loco deputato ire, uel mittere ad recipien bladum, uel mustum pro parte sua sibi imputetur, et eius periculo remaneat et laborator minime teneat: De requisitione aut predca uolumus qd credat sacramento laborator, siue conductoris, aut alicuius de eius familia cum uno idoneo Teste: Declaramus insuper qd conductori, siue laboratori, uel eius heredibus sine manifesta, et legma causa euidenti no liceat quolibet rem locata, uel conductam relaxare, siue renunciare donec terra fuit excultata, aut

Vinea uindemiata, sed debeat terram arare, et seminare in maiesibus, et cultis, et alia facere opportuna, et aliàs, si in prædictis exequendis negligens fuerit omnino respondere et satisfacere de debito terratico teneat, sedum arbitrium duorum proximiorum Vicinorum dicæ Terræ qd melius fuerit de negotio informatus intra terminum infra Terminū quinque dierum postquam fuerit tale terratium extimatum per prædictos duos Vicinos proximiores; et insuper finito tempore locationis sibi facte, ipsi laboratores, seu conductores, uel eius heredes teneant sub antedicā pæna rem sibi locatam relaxare uacuam, et expeditam locatori, uel eius heredibus infra Terminum octo dierum postquam fuerit requisitus à locatore, uel eius heredibus, et huiusmodi requisitione credatur iuramento patroni rei locate cum uno Teste idoneo: prædicā aut locum habere uolumus in Terris, possessionibus existentibus in Territorio dictæ Terræ, et non in alijs existen extra.

De possessionibus conductis à duobus. Cap. xliiij.º

Manifesta docemur experientia non nullos interdum à duobus diversis patronis et locatoribus possessiones conducere, et propterea litium, et discordiarum seminare fomenta, ut ambobus forsitan patronis et locatoribus discordantibus, siue litigantibus contingat neutri locatori de fructibus respondere, et illis fructibus in preiudicium ueri patroni dñi potiri; patronumque in totum, uel in parte defraudare, quorum fraudibus, et morbo mederi cupientes. Statuimus, et ordinamus qd siquis alienam domum, stabulū, griptam, Capannā, Terram, Vineā, Campū, hortum, seu quamcunque aliam possessionem siue rem conduxerit sibi ad pensionem, uel ad laborandū quomodo à pluribus diversis, siue contrarijs personis patronis, uel locatoribus teneat, et debeat respondere integraliter de pensione fructibus, et Terratico, ac in totum satisfacere cuilibet locatori nulla exceptione aut diminutione incontrariū obstante.

De locationibus expressis, et tacitis. Cap. xlv

Locationes, et conductiones quanto tempore durare intelligatur hoc præsenti statuto ad tollenda multa dubia, declaramus prout infra sequetur: Statuimus ergo, et ordinamus qd omnes locationes

et conductiones de cætero fiendæ, si inter contrahentes de certo tempore, et quanto fuerit expresse actum illud tempus servetur, et tanto tempore durare debeant locationes, qa pacta licita servanda sunt: Si vo de quanto tempore nihil fuerit dictum, siue de tpe ignoratur Volumus dictas locationes, et conductiones intelligi durare per unu annu idest per unam integram culturam illius possessionis, Vineæ, uel Terræ Vlz in Vineis finita uindemia, in Terris finita excultatura, et similr de reliquis: Si vo prima locatio expressa, uel tacita facta ut sa est dictum fuerit finita, et partibus tacentibus, seu nihil dicentibus tempus alterius locationis, aut alterius anni, aut alterius culturæ prosequatur. alterq; contrahentium uoluerit locationem interrumpere, seu renuntiare: Statuimus iusta legem fieri sanctionem hoc modo Vlz qd in domibus, et possessionib; Vrbanis prima locatione finita utriq; parti liceat in quacunq; anni, siue mensis parte in quo uidet tacite facta reconductio, siue relocatio eisdem pactis ab ea discedere, et dictam tacitã locationẽ, siue conductionem interrumpere, et pro rata temporis velente possessionis pensionem satisfieri; in terris aut, et possessionibus, siue fundis rusticis quibuscunq;, si tempus secundæ tacitæ locationis incohauerit, ita tn qd res non sit integra minime possit ab aliqua partiu interrumpi, uel renuntiari, nisi finita integra cultura iam incohata.

Qualiter cois Paries ædificetur. Cap. xlvj.o

Consortium, et Vicinor; sæpenumero occurrentibus discordijs præsertim in ædificando prouidere conantes: Statuimus qd siquis in pariete coi cum aliqua persona ædificare, et murare uoluerit, teneat, et debeat consortem, siue socium requirere pro rata sua ad interessendum, et ædifican coiter, et coibus expensis in pariete coi sicut consortem decet, et bonu Vicinum: Et si requisitus forsitan negligentia, uel impotentia, uel alia quacunq; causa neglexerit, et recusauerit comunem parietem ædificare per spatium x dier; Permictimus alteri consorti, uel Vicino ædificare, seu murare uolenti prædictum coem parietem pro sui usu, et comoditate murare, in quo Pariete, siue muro, nunq; postea liceat alteri uicino

25v

uel consorti aliquam habere colorem, siue actionem, nec possit aliquid imponere, uel ædificare, inicitere, superponere quoquo modo, inherere, uel tangere usus iusta, ac s.a dicti parietem sine expressa licentia illius, uel eius heredum nisi prius primis effectu refecerit omnes integraliter expensas factas in dcõ coi pariete pro portione, et rata sibi tangente, et pro ea summa, et quantitate, quam magistri periti in arte ædificandi, et murandi uocati cum iuramento extimauerint.

Qd forenses recipiantur. Cap. xlvij.o

Forenses magistros Carpentarios, Muratores, Fabros, aut aliar artium, siue exercitiorum, studiosos hoies habitare uolentes in dcã Terra ad eor artem, exercitiu, industriam fidelr facien. Sancimus pro bono publico humaniter admitti, et recipi debere cum licentia. Dñi Mi Dñor dictæ Terræ cum ea immunitate, et franchitia in persona, et rebus sicut cæteri hoies de castro prædicto: Datia aut soluere minime eos teneri uolumus per decem annos continuos.

De bestijs ad uecturam. Cap. xlviij.o

Bestiar ad uecturam cõmodu uniuersale considerantes: Sancimus qd siquis bestiã alicui ad uecturam præstiterit, et recipiens postea eam sic ad uecturam recepisse negauerit credat sacramento præstantis usq. in quantitatem x. Sol. cætera uero in præmissis occurrentia iuris dispositioni relinquimus.

De tpe petendi salaria per famulos. Cap. xlviiij.o

Quia salaria, et mercedes sæpenumero per operarios, et famulos iam ex longo transacto tempore repetuntur: Ideirco statuimus, et firmiter ordinamus qd siquis steterit cum aliqua persona dicti castri ad famulandum, seruiendu operandu bestias, uel alias quascunq. res, et bona custodien, uel adr laboran, et spatio trium continuor annor tacitus steterit post seruitiu præstitum famulatum operam, uel custodiam nihil unq. petendo de eius debita mercede, et salario audiri postea debeat, et actioné sibi penitus denegari uolumus, et exceptionem quandoquidem continui triennij s.a dicta taciturnitas

et silentiū satisfactionis præsumptionem de oī mercede, et salario prius debito uolumus qđ inducat, uel de cætero contra p̄ntem, uel eius heredes agere propt.ª seù petere quoq̃ non posse per ipsos famulos operarios, custodes, et servientes, uel eorū successores decernimus, et declaramus nisi forsitan de tali debito, et mercede publicum appareat instrum seù script.ª priuata recognita per debitorem de uoluntate sua facta, uel duob; testibus roborata, aut pactum aliqđ, seù transactio, uel compositio appareat inter ipsas partes ātis celebratur, quo casu non intendimus patronis, nec famulis, seù operarijs, uel seruientibus in aliquo preiudicium generare, sed īmō eos in iuris coīs dispositione relaxamus.

De Testibus ad pp̄eticam memoriā examinandis. Cap. L.

Testibus ad perpetuam memoriam in omni negotio, et contra oēm personam, et in omni casu coram Potāte, uel eius Vic.º recipi uolumus, Si inducens eos ppr senium pestilentiam, infirmitates, et alios repentinos casus de eorū morte timere iurauerit, uel de absentia diuturna, aut de longinquo tempore dubitauerit parte trā, uel persona pretendente interesse bis citatā de mandato Potātis, uel eius Vicarijs eaq; non comparente per castaldum in platea, uel ante hostiū solitæ residentiæ Potātis alta uoce iterato citata qđ ueniat ad uidendū testiū iuramenta ad perpetuā rei memoriam examinandorū quibus postea iuratis, et examinatis testibus pars citabitur ad uidendum fieri publicationem testiū predictorū, et siue uenerit pars citata, siue non uenerit Potās, uel eius Vicarius interloquendo pronunciabit dcīs testib. examinatis fidem esse adhibendam, et ipsos aperiet, et publicabit, ac pro apertis et publicatis haberi mandabit, nec non eorū copias habere uolentibus decernet.

Qđ fructus rei locate sint obligat; pro pensione. Cap. Li.

Fructus rerū rusticarū, et Vrbanarū stabilium locatar;, et locandar;, Nec non inuenta, et illata in illis sint, et esse debeant pro ipsarū pensione, et redditibus obligati, et obligata; Et q̃ulz locator sua propria auctāte ingredi, et apprehendere illos, et illa possit, et creditoribus alijs

Alon
non ineglio

26

proferatur, et Potas, sive eius Vicarius sub vinculo iuramenti teneat, et debeat praedictos fructus sequestrari facere pro redditu, et pensione dcar rerum locatarum

qd locationes sint firme · cap. Lij

Locationes factas per venditorem, vel bona sua locantem, et obligantem, vel alio quoquomo rem locatam alienantem: Statuimus manere, et esse firmas, et in suo robore perdurare, et illis locationibus stare debeat, et teneat emptor sive creditor, sive is ad quem dca res locata quoquomo pervenerit dumo pta locatio praecesserit venditionem, obligationem, pignus, vel alienationem praedcas; sed contra dcum locatorem alienantem, obligantem pignorantem possit, et valeat emptor, sive creditor agere, et experiri pro suo interesse, et poena conventa: Volumus tamē, qd durante tempore locationis, si domus locata esset necessaria ipsi locatori pro usu suo. eius iuramento declarando qd eo casu conductor eam domum teneat, et debeat disgomeratam restituere locatori, dca locatione durante non obstante; Et qd nemini liceat rem sibi locatam, alteri locare sine licentia, et voluntate primi locatoris, et alr facta locatio non valeat ipso iure, et poenam xx lib. locator incurrat. Statuimus et prohibentes qd nulli liceat rem aliquam prius per ipsu alteri locatam, alteri postea locare pro tempore s. facte locationis durante, et si contrafactu fuerit non valeat ipso iure locatio, quinimo volumus qd scdus conductor facta sibi fide de secunda locatione per instra. vel Testes, teneat, et debeat statim dcae suae locationi renunciare, et rem locata dimittere primo conductori durante tpore prime locationis sub antedicta pena, quam poena etiam incurrere decernimus locatore si scdo locavit prima locatione durante ut sa dictum est.

De nuntiatione novi operis, et eius causae terminatione · Cap. Lij

Novi operis nuntiatio ppr aedificationem no immerito ad vicias, et scandala removenda introducta est à iure licet diversimode; Volentes igitur ambiguitates tollere nuntiandi et edificiorl lites abreviare, Statuimus qd siquis ius, aut interesse habens, sive habere

pretendens in edifitio siue loco in quo aliquis ædificare, et nouū opus facere inceperit
posit, et ualeat edificantes impedire noui operis nuntiatione, altero faciendo de tribus
modis a lege concessis v3 aut per iactum lapilli cum manibus in opere incohato unū
lapidem proiciendo, siue de opere lapidē eleuando, siue manū operi, et laborario
apponendo prohibeat laborantes et alios existentes nè aliquid noui operis fiat in.
dcō loco, aut talis nuntiatio fiat per Prætorem v3 qd Potās, uel eius Vic. ad petitiō=
nem noui operis impedire uolentes, comittat, et mandat Castaldo, siue uni Nuntio, ut
uadat ad tale locum, et ibidem tali edificare uolenti, uel facienti, seù operarijs, uel alijs
ibidem existentibus denuntiet, et prohibeat in dcō loco aliquid noui operis fieri; aut
Tertio modo fiat ·s· uerbis si forte meticulosus fuerit ad manū apponen, seù lapidem
proiciendum, siuè euellen, et diruen de opere, uel qd Potatem non audiuerit uerbis suis
prohibeat hoc modo: Ego talis prohibeo tibi Nuntio edificantj, uel uobis operarijs, et
alijs in opere existentibus, ne quid noui operis in hoc loco fiat, semper loquendo in
personatr: Volumus tn̄ qd facta nuntiatione, et noui operis prohibitione altero de
suprascriptis tribus modis causa talis Nuntiationis infra quinq3 dies continuos terminetur
à die facte denuntiationis numerandos, et eam prosequi, et terminari facere teneatur
et debeat nuntiator qui succumbuerit in causa refectis expensis quas aduersarius in
opere nuntiatus iurauerit incurrisse, et pœna xxv. lib. puniatur, et eandē penam incur=
rat post nuntiationem, et prohibitionem noui operis edificans nisi demolien idoneos præ=
stiterit fideiussores, et hmōi offm̄ destruatur, qd postea factum fuerit, prædicta tamen de=
cernimus, qd expediant summariè sine libello, et litis contestatione, ferijs et quibus=
cunq3 non obstantibus; teneat nihil Potās, uel eius Vicarius ad instantiam cuiuscunq3
requisitꝰ statim facta sibi notificatione sub uinculo iuram.ti et pœna antedicta personatr
accedere ad locum, et secū duos hrē magistros in hmōi opere expertos dum locum, et edifi=
tiū de quo agitur uidere, et oculis subijcere: Si aut Potās, uel eius Vicarius negligens

fuerit et dictam causam tpore pdicto non terminauerit x. lib. penā se nouerit incurrisse sibi tpore syndicatus auferen: Et nihil edificans postea possit in opere incohato impune procedere: Si uō Potās. uel eius Vic. dcām causam terminauerit declaramus qd semp in terminatione teneat seruare ius sup proprietate, nec a tali sntia audiatur quolibet appellans immo appellatione non obstante si fuerit interposita in opere incohato possit ædificans procedere.

Qualr fiat probatio per famam. Cap. Liiij.

Statuimus firmiter ordinantes, qd in quocunq casu pntis Statuti, seu uoluminis Statutor mentio fiat de probatione fienda per publicam famam, uel qd sufficiat probatio publce famæ, uel publica fama probata, et qualitercunq cōmittat, seu dicatur de publica fama semper intelligat de fama publica probata ad minus per quatuor idoneos testes, et omni except.e maiores cum iuramēto legmē deponentes publicam esse famam in dcā Terra de, et super re, et negotio de quo agitur.

De edifitijs ruinam minantibus. Cap. LV.

Domo, Turri, Volta, Tecto, uel quouis alio edifitio ruinam minanti Potās, uel eius Vic. à quocunq fuerit requisitus teneat uinculo iuramti debere uidere, et uideri facere opus, siue edifitiū minosū habito peritor consilio diligentiq, ac secreta de opere pdicto facta inquisitione sup hoc si appareat tale edificiū minare ruinam, uel esse dubium de ruinæ periculo teneat, et debeat nulla obstante exceptione de facto, sine strepitu uel aliqua figura iudicij extraiudicialr, et sine mora dcūm edificiū reparare eos ad quos spectat, aut destrui facere sine uicinor adiacentiū lesione aliqua quanto citius uidebit magistris peritis adhibitis ad prædcā, liceat tn̄ dnō ruine pro fulcimento, reparatione, uel destructione talis edificij ire, et redire per domū, et posses. uicinor, et ligamina, seu fulcimenta quecunq apodiare, et oīa alia agere, quæ magistri periti ordinauerint, aut decreuerint eo tpe, et quousq reparantur prædca sine

uicorl damno ut s.a est dcum: Si uo ruinam minans ædificiu coe fuit cum aliq. tunc ad requisitionem iura habentis in eo teneat Potas, uel eius Vicarius aliu consortem, siue consotium cogere, et constringere ad reparandu, et aptari tale coe edifitiu ruinosum pro rata, et portione sua, et si negligens fuit reparare, et supplere post mandatu sibi factu per Potatem ad refectione damni totius, qd alius consors, siue consortius incurrerit, et ppea substinuerit teneat. Cellariu uero habens, siue griptam subtus domu alterius no possit in eo, uel ea fodere, siue cauare in preiudicium superioris, et si domus superior ruinam minaretur, uel esset dubium de ruina, licere uolumus tali casu superioris edifitij Patrono in dca gripta, uel cellario per suptum conciliu magistror exquisita licentia Potatis pro fulimento superioris edifitij murare, et murari facere, seu appodiare, et reparare prout opportunu fore per dcos peritos consultabitur; et si cellarij, aut gripte dnus, et patronus contrafecerit pœna ∞ lib uice qualibz puniat, et Nihil. ad ibidem edificandu, murandum siue opportune providen omno compellatur, ne ruina sequatur; Cæteru ordinamus quod nemo possit habere, seu facere griptam, uoltam, seu cellariu ultra dimidiu uiæ, et si forsan esse reperiatur Volumus qd sit, et esse debeat alterius uicini exoposito existentis, nisi ius suum habuerit titulu possidendi; Clandestina n. possessio subterranea ignorata non debet Vicino ignoranti preiudiciu generasse, fiat tn ad requisitionem uicini exoposito existentis murus, et intermediu sufficiens infra tempus ∞ dierz; Volumus insup qd habens Tectum, siue Voltam, siue aliquod aliud edifitium desup destructum, siue discopertum adeoqd inde inferiori uicino damnu, siue preiudicium inferatur reparare, coopperire, et aptare teneatur et debeat ad petitionem uicini inferioris qui domu, griptam, siue cellariu desubtus habet sub pœna ∞ lib. Et insup statuimus qd inter domos, griptas, siue cellaria, et alias mansiones unitas, et hortos, terras, campos diuisos, diuisas, diuisa ad petitionem consortis, et consotij teneat Potas, uel eius Vicarius expensis coibus facere, negligentem, siue recusantem consorte siue consotiu ad tramedllatura, siue tramediu, formam, fossas, siue clausuras sufficientes

28v

et sufficientia omnino compellere omni tempore sine strepitu, et figura iudicij omni iuris ordine, et substantiali prætermisso.

Qd Pax fca per Prem, et Maritum teneat pro iniuria filij, et Vxoris. Cap. LVI.

Pacis cõmoda extendentes; Statuimus firmiter ordinantes ad hec ut inter hoies dictæ Terræ sublatis scandalis pax vigeat, et concordia perpetua obseruetur, qd Pater noie filij sui legni naturalis, et pro eo facere posit pacem cum quocunq;, et remissionem iniuriar;, et oia, que filius facere, et remittere posset circa prædca cum consensu Pris etiã filio inuito, quæ pax, et remissio iniuriar; debeat per talem filium perpetuo obseruari; simitr et Statuimus, qd eodem modo pax facta per Maritum de omni, et quacunq; iniuria, siue offensa facta, uel dictæ Vxori suæ, et iniuriarum remissionem facere posit etiam ipsa Vxore nolente, et talis Vxor pacem, et remissionem prædictam perpetuo obseruare teneatur.

Qd Vxoris consensus ualeat in alienatione bonor; Viri. Cap. LVIJo

Statuimus, et ordinamus, qd consensus Vxoris habentis filios, uel filias, aut alios, et filio filios ualeat, et teneat in uenditionibus, et obligationib; quibuscuq; bonor; Viri factis per ipsum Virum non obstante aliquo Statuto supra, uel infra posito.

Qd mulier non posit dotes suas alienare. Cap. LVIIJo

Mulier dotata, à Patre, Fratre, Auo, uel quouis alio consanguineo, uel persona etiam si contingat eam non maritari, dotem suam uendere, alienare, pignorare, uel alr quouis modo alienare non posit sine licentia, consensu, et uoluntate eius qui eam dotauit, uel eo non existente proximioris consanguinei sui, et si secus fieret, uel attentatũ fuerit donatio, uenditio, uel quæuis alia alienatio non ualeat ipso iure nisi euidens, et necessa causa apparuerit, que probetur per duos mulieris proximiores, et consanguineos, et tunc alienatio fiat cum decreto, et auctate Potatis, uel eius Vicarij, et idem simitr ordinatum intelligatur in rebus dotalibus quibuscunq; alienandis constante

matrimonio et si iuramentum in alienatᵉ quoquomodo per mulierē p̄stitum interuenerit

Qd mulier possit apprehendere possesⁿᵉ bonorum olim sui Viri. Cap. LVIIIJ.

Simile mulieribus in earum dotibus fauentes ne quouis contingat eas impediri: Sancimus qd si mulier pro dote, et donatione sua propter nuptias, siue honorantias pro quibus bona sui mariti obligata esse uolumus, uel alius quiuis cui ius petendi competeret pro ea apprehenderit possesⁿᵉ bonorum olim mariti, uel alterius sibi obligatorum pro dote, et donatione praedictis qd ad petitionem creditoris, siue creditorum posteriorum obligata habentiū bona predicta per Visores Terminatores, seu arbitros, et extimatores cōis dcāe Terrae assignari debeat tali mulieri, uel illi cui ad p̄dicta petendi ius competit de bonis apprehensis p̄dictis tenuta, et inuestita, quae large ualeant quantitate dotis, et donationis propter nuptias predearum, et quartam partem plus pro expensis legitimis, siquas fecerit dicta mulier, et is, cui ius competit petendi nisi specialiter certificatae fuerint in plus, et minus per legitimam taxationem declarare, et de predictis bonis sibi obligatis mulier uel is, cui ius petendi competit contenta, et contentus stare, et esse debeat, nec possit in alijs bonis creditores quouis impedire.

De Mercede, et solutione scripturarum Potati facienda. Cap. LX.

Immoderatae solutioni Potatis, uel eius Vicarij obuiare uolentes pro scripturis ne pro arbitrio solui petatur; Statuimus, qd Potas, uel eius Vicarius in causis, et scripturis pro eius mercede tantū duntaxat recipere possit, et non ultra modo, et ordine infrascripto Vz. Pro petitione primae scripturae cum relatione castaldi unū baio:, et pro productione libelli bai: duos quantacunque sit quantitas, pro terⁿᵒ in confessum sol. duos; pro qualibet interlocutoria contumacia et missione inuestimenti, uel tenutae cum relatione castaldi de inuestimᵗᵒ facto recipiat unū baiochū de argento, pro tribus subastationibus propterea faciendis sol. duos, pro extimatione tenutae cum iuramento extimatorum duos soldos, pro datione insolutū recipiat duos sol. de argento pro registratione exceptionum, articulorum, siue aliarum quarumcunque scripturarum priuatarum, coram eo producturum duos bononenos

pro quals carta, et carta sit, et esse debeat de duabus faciebus, et quelibet facies dcta carta continere debeat uiginti tres lineas, siue uersus, et quels linea, siue uersus continere debeat octo dictiones, siue partes sillabatas inter magnas, et paruas et si plus esset, uel minus soluat pro rata pro productione instri, et illius registratione recipiat Potas, uel eius Vic. bon. tres; pro sntia diffinitiua sntia producenda usq, ad ualorem x lib. soluatur ~~sol.~~ quatuor; Abinde uero sa usq, ad xxv lib. bon. tres, abinde sa usq, ad xl lib. sol. octo, abinde uo sa quantacunq, sit quantitas sol. x soluat; Pro quals scripta producenda quatcunq, de qua in pnti Statuto non fit mentio sol. quatuor soluat. Pro copijs aut, siue pro scdis scripturis quarcunq, scripturar fiendis recipiat Potas duos bonon pro quals carta, siue folio mensurato per lineas, uersus, et dictiones ut sa dictum est, et teneatur Potas cuils petenti dare copias oium scripturar quas petierit, ea die, qua petita fuerit, uel sequenti, alioquin petenti termin in ca non currat, donec ei fuit effectualr tradita copia, uel oblata, nisi per pntem steterit habere, quia tunc offerre sufficiat. Pro Inuentario quocunq, bonon xviii. pro uiatico ad quamcunq, differen uiden, et deciden, intus dcam terram pro quals parte baiocchos quindeci extra uo pro quals parte baix pro quocunq, decreto interponen in quocunq, instro baioc. quinq; alia uero in pnti uolumene non expressa relinquimus discretioni Ill. Dnor.

De sportulis Cap. lxi.

Pro sportulis aut, siue salario ex sntijs diffinitiuis, quas Potas, uel eius Vic. proferre contingerit recipere possit, dutaxat unu sol. pro quals libra den. scdum ualorem petitionis producte computand quatitate ab actore, uel ab eo, pro quo sntiam tulerit diffinitiuam, et uictus, uictori in expensis condenetur, nisi ex iusta ca litigandi uictus ab expensis absoluat. exceptis cais alimentor, repetitionis dotis, relictor ad pias cas, hospitaliu eccar, Pupillor, Viduar, Religiosar, et miserabilium personar, in quibs cais declaram sportulas, siue salariu Potati, minime solui debere pro ferendis sententijs.

Cantium.

Liber Tertius malleorum

De modo, et forma procedendi in maleficijs Cap. p°

Quoniam lege testante malitia impunita non debent remanere, et ad ea investiganda, et punienda latiores habene bonis offitibus sunt ut plurimu relaxande, ad hoc maxime, ut delinquentium audacia refrenetur pœna iminente, ut unius pœna multorum metus existat, et bene uiuentiu exemplum perseuerandi continuo prœbeatur. Statuimus, et firmiter ordinamus, qd Potas, uel eius Vic. possit, et ualeat in quolibet malefitio, uel quasi, uel uerbis iniuriosis, uel de alia quacumque iniuria procedere per uiã accusationis, denuntiationis, notorij, siue per querelam iniuriati, siue per inquisitionem, et ex off° contra quamlibet personam Terrigenam, uel forensem delinquentem in dcã Terra, uel eius Territorio: Accusans aut denuncians, siue querelans iurare debeat eius accusam, denunciam, siue querelam, et quæ in ea continetur fuisse, et esse uera, ac probare posse, ut sperat, et se obliget ad pœnam talionis, idest eamdem pœnam, qua puniretur accusatus si maleficium, delictum, iniuria probaretur, et idonea prestet cautiones, et fideiussionem de reficiendis expensis in casu succubentiæ, et euictionis. Volumus etiã qd producta accusatione, et denuntiatione, siue querela in scriptis, aut orectenus, siue uerbotenus facta coram Potate, uel eius Vic°; quam et fieri posse uolumus uerbotenus, et ualere, ac si in scriptis producta foret; statim Potas, uel eius Vic. iurare faciat accusatorem, siue denunciantem, qd non aio denuntiet calunie, nec accuset, et noia Testiu recipiat ab eodem; Persona aut contra quam procedi contingerit citari debeat per Castaldum cois personatr semel, aut bis domi habitationis si fuerit Terrigena; si uo fuit forensis in platea publica dcæ Terræ ante residentia Potatis, uel eius Vicarij alta uoce cum cædula continente nomen Potatis, uel eius Vic. ac cum Tenore accusationis, denuntiationis, siue inquisitionis; que quidem cedula cum tenore totius processus debeat consignari in manibus ptr citati, uel affigi in hostio habitationis inquisiti, siue accusati personatr non reperti; Pro forensibus aut non inuentis, talis cedula citatoria affigi debeat in platea, siue in hostio residentiæ

31v

Potatis, qd die sequenti debeat citatus comparere coram Potate, uel eius Vic.o ad respondend, et se defendendum à dcã accusatione, denuntiatione, et inquisit.e contra ipsũ formata; Et si talis citatus non comparuerit, ponatur in banno cum Termino quatuor dierũ sub hac forma, et ordine v3 qd Potas, uel eius Vic. ante residentiam, uel in platea ipsum disbanniri faciat his uerbis uulgaribus, et intelligentibus v3 Conciosia cosa, che il pñte Potà habbia fatto citare il tale inquisito ò accusato dinanti à lui, et ò sua corte infra termine certo già passato à respondere à un' certo processo formato contra di lui per occasione di tal malefitio cõmesso del tal' tempo contra il tale, exprimẽdo la sustantia del processo; et non è comparito, ne altri per lui, et per tanto lo sbanisce, et mette in banno per tanta quantità de danari ò per tal' pæna, cioè in quella che per uigore de Statuti uerria condẽnato di tal' malef.o per lui cõmesso: In quo quidem banno assignet sibi ter.m quatuor dierũ in quo Ter.o possit inquisitus, et accusatus comparere; et se defendere si uoluerit, quo aut Ter.o elapso, pro confesso, et conuicto haberi possit et condẽnari debeat sedum formam Statuti de materia loquentis; si uero reus, inquisitus, uel accusatus ante prædcũ bannũ, uel postea, anteq̃ banni terminus sit elapsus recipi debeat eius accusatio, seu defensio, præstito tamen sibi prius iuramento de ueritate respondenᵈ super dcã inquisitione, siue accusatione, quam uulgari sermone Potas, uel eius Vic. ei legere, ac exponere teneatur, ut clarè, et bene eam intelligat, eiusq. responsiones scribere, et detur utriq. parti terminus quinq. dierũ ad suas probationes faciendas in quo termino, et Potas, uel eius Vicarius ex suo off.o possit et debeat se de ueritate negotij informari, quo elapso publicetur processus, Testesq. ipsorũ, et attestationes si examinati fuerint, et detur Ter. quinq. dierũ ad opponendũ, et probandũ contra; Potas tamen teneatur dare copiam Testiũ, et totius processus si ab eo petatur, quo termino elapso, diligenterq. actis, et processũ examinatis sententiã ferat condẽnatoriam, uel absolutoriam prout iustitia suadebit, secundũ formã Statutorum, et uictus semper uictori in expensis legĩis condẽnetur præstito in tali causa

iuramento non obstante: Addentes insuper ordinamus, qd quilibet accusatus, denuntiatus, uel inquisitus in tempore suę responsionis, teneat, et debeat dare idoneos fideiussores de stando iuri, et parendo mandatis curię, et de soluendo omnem pœnam de iure condenatam occasione comissi malefitii, de quo agitur, et alr non audiatur; Immo in carceribus cōpellatur donec fideiusserit, aut soluerit; Et nihil: Potās non possit, nec debeat procedere ad aliquē actum, nisi persona contra quam proceditur fuerit citata, uel procedi uoluerit, siue de procedendo Potāti licentiam dederit, et si alr procedatur non ualeat processus; in casibus aut quibus pœna personalis, seù corporalis afflictiua uenit principalr, uel sub conditione, si non soluerit, aut soluere non potuerit imponenda non debeat reus sub fideiussoribus relaxari, sed immo sub fida custodia in carcere, seù uinculis, ut aufugere nequeat, nisi depositum actualr fuerit de pœna, qua ueniret condenandus; Declaramus qd super malefitijs procedi possit quibuscunq diebus feriatis, et sollenibus, et processus, seù sntiæ formatæ, et latæ, seù forman, et dan per Potātem, uel eius Vicm super quocunq maleficio, excessu, seù delicto non uitientur aliqua sollte, seù substantialitate omissa; sed ualeant, et firme sint, ac ualeant, tamq si fuissent obseruatę oēs solltes et substantialitates de iure requisitę; Hoc tn intelligi uolumus quando malm sit manifestum per confessiones, seù per Testes, uel contumaciam, aut per aliū quemcunq modū legm secundum formam nror Statutor; Et insup limitamus qd oēs processus super malefitiis sexaginta dierum spatio à die primæ emanatæ citationis debeant per sntiam absolutoriam, siue condenatoriam expediri, aliàs Reus post dicta tempora habeatur omnino pro absoluto, nisi fortè ex aliqua iusta causa ipsi uidebit dūm Illm prorogare.

In quibus casis per inquisitionem possit procedi, uel non. Cap. 2°

Generali preposita sanctione conuenit limitationes, et particularia declarare; Idcirco Statuimus et firmiter ordinamus, qd Potās, uel eius Vicarius possit, et ualeat de quocunq malefitio, uel excessu, et delicto, uel quasi procedere per inquisitionem ex offo mero

32v

per denuntiationem, seu per querelam, iniuriate, siue offensæ personæ, uel eius patris, matris, fratris, Patrui, Auunculi, Aui, Auiæ, Mariti, Vxoris, filij, Nepotis, filiæ Neptis, Tutoris, Curatoris, aut premissar. personar. procuratoris, de, et super oibus, et singulis naturalibus mallis, ac delictis cōmissis, et perpetratis, exceptis, et reseruatis oibus inf.tis casibus de, et super quibus nullo modo uolumus procedi posse per inquisitionem; Immo procedi super eis, et ipsor. quol. expresse prohibemus v3 de iniuria, uel offensa uerbo, uel facto illata, siue de aliquo mallo cōmisso per, et inter consanguineos, uel affines usq. ad tertium gradum numerandos secundū ius canonicū: Item de, et super adulterio, stupro, concubinatu, uel aliā quacūq. mulier. cognitione, fornicatione, siue iniuria minime procedi possit; nisi per accusationem, denunciā, siue querelam alicuius prænominator., et si procedatur inquisitio, et processus non ualeat ipso iure. Hoc idem intelligi uolumus de mallo cōmisso per minorem duodecim annor. de cuius etate sacramento Patris, et Matris, Aui uel Auiæ, Tutoris, uel curatoris, uel proximioris consanguinei ipsius minoris delinquentis usq. in tertiū gradū, nisi euidens, et manifesta probatio de etate produta haberetur. Minorem u. duodecim anni completi; declaramus pro mallo aliquo per eum commisso nullatenus ad pœnā aliquam teneri. Si uero annum duodecimum excesserit usq. ad annū sextum decimum deliquerit pœna dimidia, qua maior puniretur delinquens puniatur, et tamen con. eum minime procedi possit per inquisitionem ut s.ª dictum est, sed solūmodo per accusationem, et denuntiationem. Et p̄dicta intelligi declaramus locum hr̄e in mallis omnibus citra mortem, et membri mutilationem, siue incisionem, aut à reliquo corpore membrum remaneat separatum, et hoc idem declaramus intelligi de euulsione, siue totali cecatione oculi, et de incisione nasi in quibus procedi per inquisitionem possit; in predictis aūt oibus sufficiat consanguinitatem, Parentelam, siue affinitatem probari per publicam famam quatuor idoneor. testiū testimonio probandā, si de ea dubitetur.

De pœna insultantis. Cap. 3°

Insultus illicitos refrenare cupientes, sine quibus raro percussiones, et uulnera in personā iniuriosè committuntur; Statuimus, et firmiter ordinamus, qđ siquis aliquem insultauerit ad domum habitationis, uel apotecam, ubi continuò eius artem exercitaret iniuriosè cum armis ferreis offensibilibus euaginatis decem librarū pœna uice quał puniat. Cum armis uō nō euaginatis siue cum bastono forcina, malla, aut ligneis alijs, siue cū lapide, pallocta de plumbo, uel de ferro, uel de altero metallo, siue cum Stricbo, aut aliquo osse animalis, his similibus siquis aliquem insultauerit quinq librarū pœna uice quał puniatur. Si uero insultando domum, apothecam insultati intrauerit cum armis ferreis offensibilibus euaginatis ut supra Lta lib. penam incurrat: Si cum prædictis armis non euaginatis, uel cum lapide, bastono pallocta, malla, et alijs supra expressis XXV. lib. pœna puniatur. Si aūt simpliciter sine armis, lapide, bastono, et alijs supra notatis ad domum, uel apotecam insultauerit, ut sa Lta sol. pœna se nouerit incurrisse; si uō domum, uel apotecam intrauerit simpliciter insultando centū sol. pœna puniatur uice quał: Insultus aūt factus ad domū, uel apothecam intelligatur si fiat ante, siue, iuxta hostiū domum, uel apothece per spatiū, et mensurā triū pedum cōis; si uero alibi, q3 ad apotecam, uel domū insultauerit cum dictis armis ferreis euaginatis in centū soldis. Si uero cum dictis armis non euaginatis, aut cum bastono, Mazza pallocta, et alijs supradcis in quinqa soldis uice quał puniatur. Si aūt simpliciter sine armis, et alijs sa notatis, sed pœnitus simpliciter insultauerit XX. sol. pœna puniatur. Et nihils Statuimus, qđ in omni casu insultans si percusserit de percussione dumtaxat, nō aūt de insultu puniatur. Declaramus insuper, qđ insultus cum armis bastono, lapide, uel similibus supdictis intelligatur si contra aliquem insultans iniuriose se mouerit de loco ad locum per spatium, et mensuram X. pedum de cōi. sine armis uō intelligatur si insultus sibi ad iniuriam reuocauit, et non atr. Sed quando ui, uim repulsare, et iniurias repellere iura permittunt; Ideo statuimus, qđ insultato ad domum, uel apothecam, aut in alia quacumq3 possessione propria, uel conducta liceat insultantem impunè percutere, et uulnerare cum armis

et sine armis, citra tn̄ mortem, et membri mutilationem, et incisionē; In alijs uero locis impune liceat insultantem percutere, et uulnerare, sine sanguine dumtaxat, et fecisse presumatur insultatus ad suam legitimam defensionem moderatam, sine crimine inculpate tutelæ in ceteris uero quibuscunq; casibus non expressis iura cōia seruari uolumus.

De pœna euaginantis arma. Cap. iiij.

Spatam, ensem, cultellum, et his similia arma feritoria, siquis contra aliquem euaginauerit iniuriosè licet non percusserit pœna centū soldor. uice qualibet puniatur; si uero percusserit de percussione tantū puniatur, et non de euaginatione, uel insultu; Siquis autem manum posuerit ad prædicta arma feritoria, et non euaginauerit contra aliquē xxv. sol. pena puniat.

De pœna percutientis cum armis. Cap. V.

Percutientes cum armis, castigare uolentes, et emendare, ut alijs eorum pœna præbeat uirtutis exemplum; Statuimus, et ordinamus, quod siquis aliquem percusserit, cum ense, spata, cultello, sportono, spieto, quatrelletto, pugnale, clauarina, squarcina, lancea, mandaria, Roncha, partisiana, iannetta, accetta, bidente, mazzaferrata, palella, siue pugnolone ferratis, et his similibus armis ex parte ferri, et cum ferro ab humeris supra puniatur in centum libris denariorum pro qualibet percussione si sanguis exierit, si uero in capite cum fractura cranei, uel ossis, aut in facie cum sanguinis effusione uulnerauerit, et turpe signum, siue enormis cicatrix in facie perpetuo sit remansura iudicio Medicantis cum eius sacramento adhibito soluat duplum pœne prædicte; Et nihilominus si occasione dicti uulneris accepti oculum amiserit adeoque penitus cecus, et sine lumine remanserit centum lib. pena pro quolibet oculo puniatur, eadem etiam pœna puniri declaramus eum qui alicui nasum, uel aurem in toto, uel in parte truncauerit, adeoque à facie, siue capite separetur. Si uero occasione dicti uulneris, siue percussionis dens aliquis perderetur ultra pœnas prædictas decem lib. pœna percutiens puniatur pro quolibet dente; Si autem in humeris, uel infra collum, et gulam cum dictis armis aliquem percusserit cum sanguinis effusione quinquaginta lib. pœna pro quolibet uulnere se incurrisse

nouerit: Si uo manu, uel pedem in totu, uel in partem inciserit adeoq. à corpore separetur, siue ppea percussus occasione dci uulneris remanserit debilitatus, atteractus, Zoncbus, uel mutilis ex illo pede, uel manu, brachio, crure, uel cossa ducentarl lib. pœna incurrat: Si uo digitum manus inciserit, debilitauerit, Zoncbauerit xx. lib. pœna pro quoli digito puniat; pro digito uo pedis decem lib. pro quoli digito pœnam incurrat: Volumus tn, et ordinamus qd in oibus suptis casibus si delinquens pœna non soluerit, aut soluere no potuerit infra x. dies à die latæ sntiæ contra eu, uel postq, uenerit in fortia curiæ numerandos manus dextera sibi amputetur, Itaq. à corpore pœnitus separet. Si uo de pdictis casibus, et percussionibus oibus sanguis non exierit pœna x. lib. pro qualt percussione percutiens puniatur. fforensis aut percutiens, siue uulnerans Terrigena, siue babitatore dictæ Terræ duppli pœna in omnibus casibus puniatur declarantes qd in oibus ptis casibus percutiens teneatur percusso uel offenso ad reficien expensas medicoru, et medicinarl, et aliarl rerl necessariarl ex dicta causa babita et rone de perditi temporis uisa, secundu declaratione fien per Ml. Snos, et Potatem per tempora existentem.

De pœna percutientis cum bastono, lapide, et similibus. Cap. VI.

Siquis aut aliquem percusserit, cum bastono, seu baculo ligneo, Stella, pala lignea, Tabula, Targbetta Tabellario, manico, siue basta, ronconis, Jannettæ, partisianæ, clauacinæ, spontoni, siue ferro, aut cum manico pale ferree, pugnalonis, aut cum Stocbo, ense ex parte pomi, et bis similibus cu lapide et siquis aliquem percusserit cum mattono, Tegula, Urcio, Vasa, siue bucale, aut cum osso, siue Stincbo alicuius animalis, aut cum pallotta de ferro, plumbo, siue alio metallo in gula, siue collo ab bumeris supra cum sanguinis effusione xx. lib. pœna pro qualt percussione puniat; Si uero sanguinis effusio non fuerit x. lib. pena puniatur; Si uo in bumeris ab inde, et infra cum sanguinis effusione in x. lib. Si uo sine sanguine percusserit quadraginta sol. pœna puniatur pro qualt percussione; Volumus aut qd in pdictis casibus si fractura cranei, uel ossi interuenerit xx. lib. pœna percutiens puniatur, ultra pdictas pœnas ppr fractura ossis; Hoc ido maioris

pœne esse iudicamus, si ex percussione turpis cicatrix, aut turpe signum perpetuo sit remansurum in facie.

De pœna percutientis manu uacua, et capientis per capillos. Cap. VII.

Cum pugno, aut aliqua guanciata, siue boccata manu uacua siquis aliquem percusserit, aut iniuriosè ceperit per capillos, aurem, siue per nasum, aut momorderit aliquem in naso, uel aure, seu in alia parte corporis ab humeris supra si sanguis exierit centum sol. pœna puniatur pro quali percussione, uel morsu; Si uò sanguis non exierit L.ta sol. pœnā incurrat: Addentes insuper qd si in aliquo prædictorum casuū faceret ipsū cadere in terram cum sanguine centū sol. sine sanguine L.ta sold. pena puniatur pro casurā, ultra prædictas pœnas; Et in eadem pœna puniri sancimus eos, qui aliquem calce percusserit: Siquis aūt postq̃ aliquem fecerit in terram cadere ipsū traxerit, siue traxinauerit L.ta sol. pœna castigetur ~~destrascinatura~~; Caputtā uò siuè, birretū Viro, aut uelicellū, siue pannos capitis mulieri siquis iniuriosè leuauerit, uel proiecerit X Sol. pœna puniatur.

De pœna sponticantis, et capientis per personam. Cap. VIII.

Sponticationes iniuriosas presertim eas ex quibus læsio, et scandalū facilr̄ exoriri solet compescentes; Statuimus qd siquis aliquem iniuriosè sponticauerit, si in terrā sponticatus non ceciderit XX. sol. pœna puniatur delinquens: Si uò in terram ceciderit sine sanguine L.ta sol. pœnam incurrat Si uò sanguis exiuerit centū sol. Hoc idem per oīa puniri sancimus et qui aliquem per personas, aut uestes de dorso lacerauerit si in terram sponticatus non ceciderit, si per pannos iniuriosè ceperit si captū in terrā cadere in terram fecerit addentes qd si pannos, aut uestes lacerauerit, seu lacerari fecerit X. sol. pœna puniatur et damnū emendare in duplū secundū extimationē faciendam cum iuramento per potestatem, uel eius Vic.rii et Conciliarios per tempora existentes. Statuimus qd siquis alicui manum immiserit iniuriosè per gulam, uel in gula, aut barbam ceperit uel depilauerit, aut se in facie alicuius iniuriosè expuerit, aut aliquā aliam turpitudinem studiosè proiecerit X lib. pœna uice quali puniat, et damnū emendet iniuriato.

De abolitionibus concedendis · Cap · viiij°

Turpiliano senatus consulto edocemur ad retrahendas, siue abolendas per iracundiam propositas accusationes ut aliquando sit locus pœnitentiæ, interdũ per errorem ad accusandũ, siue denunciandũ multi prosiliunt, ea propter Statuimus qđ siquis de aliquo malefitio, crimine, delicto, iniuria, siue damno dato quoquo modo ad accusandũ, siue denuntiandum, uel querelandũ coram Potãte, uel eius Vicario, et Curia prosiluerit, anteq̃ processus publicetur in casibus illis in quibus processus publicatur quandocunq; ante citationem ad sntiam possit, et ualeat impune desistere, pœnitere, et propositam accusationem, denunciationem, et querelam detrahere, et abolere, siue cassari facere, dummodo pro abolitione, siue retractione, siue cassatione soldi quinq; Potãti, uel eius Vic° persoluantur: Et nihil' ipsa abolitione, siue cassatione posita amplius, et ulterius super dicta accusatione, siue querela instituta procedi nõ possit et siquid super ea fieret non ualeat ipso iure; excipimus tamen omnes casus in quib; pœna personalis, siue corporis afflictiua ueniret quomolì imponenda, in quibus casibus omnino abolitionem, siue retractionem concedi prohibemus.

De homicidio Studioso, uel casuali · Cap · x.

Homicidiũ aut siquis Studiosè comiserit, uel fieri fecerit, aut mandauerit, uel quomodocunq; ad homicidiũ perpetrandũ consiliũ, opem, fauorem, et auxiliũ præstiterit siue antea, siue postea associando defendendo, occultando, seù de manibus curie homicidam eximendo, uel eximere facien iuris cõmunis censuris, ac legalibus pœnis subiaceat, et puniatur.

De tortura, et questionibus · cap · xi ·

Tormentorũ materiam legime moderantes; Statuimus, et firmiter ordinamus, qđ Potãs, uel eius Vicarius non possit, nec debeat aliquam personam contra quam occasione, uel cã alicuius malefitij, uel excessus per inquisitionem processerit torquere, uel tormentare nisi prius legmis adhibitis inditijs de malefitio, uel excessu qđ dicit' esse cõmissum considerata qualitate facti, conditione, persone, et alijs concurrentibus circumstantijs pro

35v

arbitrio Ill. Dnorum et Potatis dicte Terre, aut si per unum testem omni exceptione maiorem de uisu malefitii de quo queritur probaretur; hanc enim probationem unius Testis de uisu suffitiens ad torturam indicium facere declaramus; alia aut indicia ad dandam torturam suffitiant, arbitrio Ill. Dnorum et Potatis relinquimus pensatis qualitate negotij, personarum conditione, ac alij malefitij circunstantijs ut s.a diximus; et tamen si aliter procedatur, et fieri contingat, uolumus, quod confessio inde secuta, uel alia quecunque non ualeant, et metu tormentorum extorta presumatur. Prohibemus insuper, et ordinamus quod ad torturam, et tormenta deueniri non possit in casibus, seu malefitijs quorum pena centum sol. non excederet; Et semper Potas, uel eius Vicarius teneatur dare copiam inditiorum petenti cum Ter.o ad purgandum inditia, nisi esset de casibus grauioribus, et atrocioribus in quibus arbitrio Potatis relinquimus; Concedimus tamen, ac permictimus Potati, uel eius Vicario quod possit, et ualeat procedere contra quascunque personas delinquentes contra formam nostrorum Statutorum ad tormenta sine alijs legnis inditijs precedentibus, dummodo talis persona fuerit de tali mallo comisso diffamata per publicam famam per quatuor testes probatam, quam famam sic probatam haberi uolumus pro legno inditio ad tormenta.

De penis dupplicandis. xij.

Oculis uigilantibus caute circumspectionis prouida iura pensarunt ut ratione loci, persone, temporis, et aliarum circunstantiarum delicta redigi grauiora et penas propter ea meritas augeri: Sancimus igitur matura deliberatione habita, quod omnes poene imponende pro mallis, delictis, siue iniurijs comictendis de cetero in locis, personis, et temporibus infra demonstrandis, et annotatis possint, et debent augeri, et dupplicari semel tantum et non amplius et si plures, et plures dupplicandi qualitates occurrerent, et sunt ista videlicet pro malefitio, uel iniuria comissa in palatio, siue residentia, siue conspectu Potatis, uel eius Vicarij, in ecclesijs, in Consilio generali, in presentia Consiliariorum dicti castri, in predicationibus, in processionibus, in eundo, uel stando ad funus, siue

ad mortuum, uel ad nuptias. Item penas duplicari statuimus temporibus, et diebus infrascriptis
si malla, uel iniurie cōmittantur in die Natiuitatis D. N. Iesu Xpi cum tribus diebus
sequentibus, in die palmar., cū tota hebdomoda sancta, et tribus diebus pascatis re-
surrectionis, in tribus diebus pentecostes idest Pascatis rosati, in festo S.ti Nicolai, et de
nocte; et similiter pœnas duplicari in mallis cōmissis de nocte, post sonū Auemarie
de sero, usq. ad ortū solis. Declaramus insuper qd siquis mallum in personam
Potis, seù eius Vicarij, Consiliarior., camerarij, uel castaldi cōmiserit, seu iniu-
riā fecerit, uel uerba iniuriosa protulerit arbitrio Ill. Dnor. puniri decernimus.

De benefitijs concedendis. Cap. XIIj

Quoniam iura, ac et iudicantes ad penas mitigandas, magis, quàm ad sperandas præser-
tim ubi pietas, humilitas, ac necessitas suadet inclinari decens est; Idcirco presenti
Statuto sancimus firmiter ordinantes qd quotiescunq. pro mallo, uel iniuria ueniat
pena pecuniaria imponenda si reus contra quem procedit comparuerit, et in eius
prima comparitione, defensione, siue responsione, aut excusatione confiteatur sponte
delictum de quo agitur quartā ~~pa~~ partem pœne qua ueniret condēnandus sibi rela
xari uolumus; Item si Pacem reus habuerit ab offenso de qua pace fidē faciat Potati, uel
eius Vicario, per Notum, uel testes ante condēnationem de reo fiendam et quarta pars
pœne sibi debeat defalcari, atq. dimitti; Item si reus condēnatus soluerit cum effectu
eius condēnationem infra terminum decem dierū post latā sntiam et quarta pars pene
prædicte sibi remictatur, quod quidem solutionis in termino benefitiū uolumus non
admicti, quando pœna malli, uel iniurie de qua agitur, procedit, tractatur, non
excedit quantitatem quinq. librar. Et nihilominus huiusmodi dequartiones, defalcationes, siue
diminutiones penar., semper fieri debere declaramus de ea sūma, et qtitate penar., que remanet, et re-

De pena dantis Auxiliū, consiliū, et fauorem. Cap. XIIIj

Decet magis opere delicta perpetrantes puniri, quàm facientes, siue auxiliantes. Ideo statuimus,

quod quilibet Potas, opem consilium, auxilium, et fauorem alicui malem, uel iniuriam contra aliquem committenti imediate pene qua pntis uenit puniendus, siue condenandus semper puniri debeat et intelligatur quis praestare opem, auxiliu, consilium, et fauorem si manum ad arma miserit contra iniuriatam personam, uel turpia, et enormia dixerit, aut malefitium celerius comietatur.

De pena male loquentis con statu Dnorl. Cap. XV.

Vt male loquentium refrenet audacia statuimus, et ordinamus pro futuris scandalis euitandis, qd siqua persona maledicet, uel maleloquetur, mala optabit, culpabit, aut danabit pntem statum pacificum s.te Ro. Eccle, et Ill. Dnor, non esse bonum, uel alia uerba loquendo que possent qnots contra Ill. Dnos scandalu in dicta terra generare arbitrio Ill. Dnorl puniri uolumus.

De pena blasfemantis, Deum, uel sctos. Cap. XVJ.

Blasfemiam presertim contra Deum, uel sanctos quaplurimu abborrentes cum nihil peius fieri posse uideatur: Statuimus, et ordinamus, qd siquis maledixerit Deum iesum xpum Saluatorem nrum, siue filiu Dei, aut spiritum sctum, aut beatam Virginem Mariam Vtz siquis dixerit irato animo, uel iniuriose maledetto sia Dio, il figliuol de Dio, nostro saluatore iesu Xpo, lo spirito scto, la Vergine Maria, la madre de Dio, uel similiter, al dispetto, cornuto, becho, et similia penam XXV. librarl pro quots hmoi uerbo incurrat sine aliqua diminutione, et stare debeat X diebus continuis, quam penam si non soluerit ipse, uel alter pro eo anteqs de carceribus liberetur linguam omnino sibi amputari uolumus, ut unius pena multorl metus efficiatur, et quilibet posit accusare, et credatur cum uno idoneo teste bone conditionis, et fame dumodo accusator, et testis non sit aliquis de familia Potatis, nec castaldus, nec curiator, et teneatur accusator secretus si uoluerit. Siquis aut blasfemauerit, aut aliquid aliud uerbum protulerit iniuriosum

contra Deum, Christum, Spum sctum, aut Virginem Mariā, Potta, per lo renegato per lo sconfitto, per la Puttana, et his similia xxv. librarꝝ pœna puniatur, uice qualꝫ; Qui uero iniuriose jurauerit per uiscera, et interiora, per capillos, per uentrem, per culum, per pottam, per caput, per pedes, et alia quecunq; membra particularia x. librarꝝ pena puniatur; Siquis uero iniuriosè iurauerit simpliciter per corpus, aut per sanguinem xx sol. pœnā uice qualꝫ incurrat. Siquis aūt maledixerit, blasfemauerit, despectauerit, uel iniuriosa uerba protulerit, aut iniuriosè iurauerit per membra Sanctorꝝ, et Sanctarꝝ Dei, qui, et quæ in calend.° ecclesiæ dictæ Terræ reperiantur dimidia pœnā supra imposita puniatur; Volumus tamen quòd in omnibus prædictis procedi possit per inquisitionem, uel ex offitio.

De delictis puerorꝝ. Cap. xvij.

Puerorꝝ delicta punienda declarantes statuimus, et ordinamus qđ si minor duodecim annoꝝ aliquod malefitiū, siue delictū, uel quasi, aut aliquam iniuriam, uel offensam fecerit, uel cōmiserit penam aliquam incurrere prohibemus et puniri non posse; si uero anni xij. excesserit, et delinquerit usq; ad xvj. annum perfectū in dimidia parte, et pena qua maior delinquens puniretur ipse puniatur, et de eius etate credatur testimonio Patris, uel Matris, Aui, uel Auie, Patrui, uel Matertere, aut aliorꝝ propinquorꝝ cum iuramento, et prædcā locum habere uolumus in malis, uel delictis omnibus cōmissis, et cōmittendis per pueros citra tamen mortem, aut membri mutilationem, siue incisione in quibus casibus arbitrio Potātis, et Ill.ᵐ Dnōꝝ dcæ Terre puniri declaramus conditione personaꝝ, et qualitate factoꝝ mature pensatis.

De receptatoribus bannitorum. Cap. xviij.

Malefactores, et delinquentes certum est non posse diu latere si receptatorem non habuerint; Jccirco Statuimus, et ordinamus qđ siquis receptauerit aliquem sbannitum de dicta Terra et de eius sbānimento appareat in curia Potātis, et eidem sbannito opem, consilium, et fauorem

presstiterit, ac receptauerit arbitrio M. Dnor. puniri uolumus qualitate t'poris pensat.

De pena non capientis arma ad mandata Potatis. Cap. xxix.

Non minus sepenumero negligentes ad arma sumenda puniri oportet existente causa quam etiam arma sumere, aut sumpta deponere mandante presertim Potate; quo circa statuimus, quod siquis ad mand.to Potatis, aut consiliarior. neglexerit arma sumere, et illuc accedere, quo sibi fuerit ordinatu, et presertim in tempore suspecto guerrarum, currerie, caualcate, siue represaliar. xl. sol. pena uice qualt. puniatur, nisi per M. Dnos Potatem, uel consiliarior maior pena fuerit imposita, et specificata.

De uerbis iniuriosis, et reimproperatorijs. Cap. xxx.

Si iniuriosa uerba, uel turpia siquis dixerit iniuriose alicui persone vz. Cornuto, Becco, Rigognoso, ricredente, bastardo, latrone, traditore, assassino, falsario, robbatore, ruffiano, cacarciaio, heretico, patrino, figlio di puttana, aut mulieri bone fame dixerit puttana, ruffiana, ribalda, maliara, fattucchiara, cacarciaia, et his similia uerba turpia in l.ta sol. pro quolt. uerbo puniatur. Si uero alia uerba iniuriosa leuiora turpe dixerit contra aliquem, et ea sibi ad iniuriam reuocauerit, siue reputauerit persona contra quam prolata fuit pena xxv. sol. puniatur; Siquis aliquem alicui optauerit, et iniuriose dixerit ti uenga il carboncello, cancaro, Vermecane, Anguinaglia, el grosso, subtello, lopo, capogatto, cacasangue, et his similia in xx. sol. puniatur, et in predictis casibus uolumus quod credat' sacramento accusatoris cum uno Teste idoneo; Reimproperantes simili' puniri sancimus puta siquis reimproperauerit contra aliquem iniuriose mortem uiolentam alicuius de consanguineis usq. in 3.m gradum inclusiue, secundum ius canonicum numerandum l.ta solid. pena puniatur; si uero membru' aliquod incisum, siue debilitatu', aut cicatrice', siue atrocem iniuriam, uel uulnus alicui reiproperauit pena xxv. sol. incurrat; si uo aliquem exemtuerit iniuriose ut puta dicendo tu menti per la gola, et similia simili pena pro quolt. puniatur.

De stupris, et Adulterijs. cap. XXI.

Vbi maiora possunt inesse pericula, ibi cautius proculdubio est providen., cum .n. nihil intollerabilius inter hoïes soleat reputari, quàm mulieres illicitos coitus; quo circa, statuimus, et ordinamus, quòd siquis uiolenter cognouerit aliquam Virginem mulierẽ .cc. librar. penam incurrat, et nihils. ipsam mulierem dotare teneatur in xxv. flor. auri in auro, ipsamq. mulierem accipere in legimam Vxorem compellatur, si ipsa mulier deflorata, eiusq. consanguinei id uoluerint, dum Vir talis ad matrimonium cum ea legitime consumen. habilis esse reperiatur; Pena tñ prædeã .cc. librar., ac dote xxv. ducat. auri in auro firma semper remanente accipiat, uel non accipiat in Vxorem: Siquis aũt uiolenter nuptam mulierem cognouit carnaliter, penã quinquagta. ducator. auri in auro incurrat, si uero uiduam uiolenter cognouit xxv. ducat. auri in auro pœna puniatur, et ipsam capere in legimam Vxorem compellat., et dotare, ut sa. dictum est in Virgine, si habilis esse reperiatur, et Vidua eiusq. consanguinei id uoluerint: Siquis uõ. attentauerit aliquam mulierem de predictis carnalr cognoscere re tñ non secuta pœna dimidia puniatur; Siquis aũt Virginem aut Viduam uoluntariè cognouit .x. ducator. auri in auro pœnam incurrat, et ipsam dotare, et in Vxorem capere debeat sicut supra sancitum est. Si uõ nuptam mulierem uoluntariè cognouit .xx. ducat. auri in auro pœna puniat.; Et uoluntariè semper uolumus intelligi huiõi carnales coitus esse commissos quõ secreto loco, uel modo cõmictuntur; et mulieres prædcæ conatibus, et clamorib. uerbo, et facto non reluctauerunt, ac repugnarunt: Tunc .n. et eo casu mulieres præsumims. consensisse, et sceleris esse participes; Volumus tñ q. iste mulieres sic ut supra uoluntarie carnalr cognite puniantur pœcuniaria, uel personali, aut corporis afflictiua pena prout melius uidebitur, et placebit consanguineis, et attinentibus propinquioribus puniatur citra tamen mortem, uel membri mutilationem, et incisionem, et nihils. in prædictis Potẽs, uel eius Vicarius per inquisitionem procedere non possit, sed solummodo per accusationẽ personæ

iniuriati uel eius ad quem spectat de Iure procedi possit, si aliter fiat nō ualeat processus ipso Iure. Mulierē aut inhonestā siue malę famę si quis inuitam cognouerit X. lib. penā se nouerit incurrisse, si uero uoluntarie et ipsa consentiente, uel dicente fuisse de eius uoluntate pena nulla puniatur. Mala fama in predictis mulieribus uitę honeste per quatuor testes idoneos probari possit, et sufficiat quod sit fama in dicto Castro, et habeatur pro plena et legitima probatione. Si qua tamen mulier de predictis mulieribus malę famę contra aliquā personā bonę famę aliquod turpe aut iniuriosū uerbū protulerit iniuriose XX. sol. pena uice qualibet puniatur ultra penas alias impositas per statutū nostrum loquens de uerbis iniuriosis, et credi uolumus sacramento mulieris bone famę in predictis XX. sol. Et insuper prohibimus predictas mulieres malę famę admicti posse seu debere ad accusandū contra mulierē bonę famę super aliquo delicto uel maleficio et si forte eas admicti contingat, talis accusatio non ualeat ipso Iure;

De Sodomia et stupro cap. xxiij

Puerum siue puellam impuberem si quis stuprauerit compertum uel sodomitauerit pœnā concremationis se nouerit incurrisse, si delinquens xxv. annos excesserit, si uero minor fuerit arbitrio [illegible] dnorum, et Potestatis dicti Castri puniatur facti qualitate personarumque conditione pensatis. Si quis aut puerum uel puellam maiorem quatuordecim annorum stuprauerit uel sodomitauerit Ducentarum librarum pena uice qualibet puniatur, quam penā si non soluerit, aut soluere nō potuerit infra X. dierum

spatium à die latæ sniæ numerand, membrũ virile cũ testiculis penitus sibi amputari decernimus. Ita q̃ à corpore separetur et alijs transeat in exemplum beneviuendi,

Q procedatur de similibus ad similia cap. xxiiij

Difficile admodũ reputamus et quasi impossibile q̃ cuilibet maleficio siue delicto in futurũ occurrenti speciale nomen ac particularis pena possit imponi, Ideirco statuimus et firmiter ordinamus q̃ in quibuscunq; maleficijs siue delictis impostrũ comittendis et perpetrandis, de quibus in s.moi statutorũ volumine certa et specificata pena non reperiatur imposita, Potestas uel eius Vicarius procedat et puniat de similibus ad similia, Volumus aũt q̃ s.moi assimilationes faciat Potas uel eius Vicarius una cũ Consiliarijs dicti Castri. Hoc Idem etiã locũ habere decernimus in extraordinarijs et dãnis datis ut de simili ad simile procedatur.

De pena iniuriantis uel percutientis prẽm et matrẽ cap. xxv.

Lege testante, Deo principaliter nascimur, secundo patrie, et postea parentibus, quo circa statuimus q̃ si quis in personã parentũ à quibus post Deũ habere esse naturaliter profitemur intulerit iniuriam acri pena debere merito puniri, et potissime ingratorũ filioz aut nepotũ temerariã iracundiã seu audaciã compescentes, Sancimus q̃ si quis patrem uel matrẽ auũ uel auiã cũ aliquo armoz genere percusserit cũ sanguinis effusione nudus per totũ Castrũ Banhij bis circũ circa virgis publice fustigetur et postea per duos continuos menses carceratus in compedibus teneatur

et tanto amplius quanto patri uel matri auo uel auie offensis placu-
erit. Si uero percusserit ut d(ict)us armis sine sanguine nudus semel de-
beat fustigari et postea per unu(m) mense(m) carceratus in compedibus de-
beat detineri, Si aut(em) aliquo alio modo armis inferret iniuriam
uno mense continuo in carceribus maceretur, Si uero uerbis In-
iuriosis eos offenderit xv dierum spatio carcerentur, et amplius pro
uoluntate patris uel matris iniuriate, Addentes in sup(er) contra
uenientes rebelles et contumaces filios uel nepotes, ordinamus
q(uod) Potestas uel eius Vicarius teneatur et debeat sub pena l.ta sol.
et uinculo prestiti Iuramenti uice qualibet quandocumq(ue) ad requisitio-
n(em) patris uel matris, aui uel auie constringere et carcerari filios uel
nepotes inobedientes, ac parere uenientes p(redic)tis eorum patribus in rebus
licitis et honestis pro quanto tempore eis placuerit. ita q(uod) obedientes
fiant

De furtis et eorum pena cap.o xxxvj

Furans pullum anserem gallinam, columbum et aliam quamcumq(ue) rem mo-
bilem aut se mouentem, si res furata fuerit ualoris quinq(ue) soldorum
penam xx soldorum se nouerit incurrisse, Si uero fuerit maioris ua-
loris usq(ue) ad decem soldos inclusiue in xl.ta sol. puniatur. ab inde supra
usq(ue) in xxx sol. ualorem, Centum soldorum penam incurrat, abinde uero supra
usq(ue) ad ualorem xl. sol pena x lib. puniatur, abinde uero supra
usq(ue) ad ualorem Centum sol. furti reus xxv. libras nomine pene persoluat,
abinde uero supra usq(ue) ad ualorem x. lib. puniri in libras quinquaginta
debeat omnino, Abinde uero supra quantacumq(ue) sit quantitas rei fu-
rate, semper in quadruplum ualoris rei furate nomine pene puniatur,
Et nihilominus in omnibus p(redic)tis fur in duplum emendet damnum passo,

et in ea per Potestatem etiam Curia debeat condemnari, Volumus tamen
quod in predictis casibus condemnatus in penam x. lib. et abinde supra si dictam
penam non solverit aut solvere non potuerit infra terminum decem dierum
a die condemnationis numerandum, per totum Castrum debeat di die publi=
ce fustigari, si vero in xxv. libras condemnatus fuerit et abinde
supra si non solverit, aut solvere non potuerit pes dexter sibi debeat
amputari, ita quod a crure penitus separetur, si vero in L.ta libris et abinde
supra condemnatus non solverit aut solvere non potuerit, manus dextera
sibi amputetur et unus oculus evellatur. Plura et modica furta
comittens, et furans res maioris valoris x. lib. et abinde supra
qualitate loci temporis rerum et personarum conditione pensatis Po=
testatis et Consiliariorum arbitrio puniatur, x. libras excedat pena
furti, si quis autem tria vel plura furta comiserit quorum pena
x. lib. excedat pro quolibet furto ex dispositione presentis Statuti
pro famoso fure haberi declaramus et laqueo suspendi omnino mo=
riturum. Aggressores autem aut violenti raptores sive disrobatores
stratarum licet modicum rapiant, necnon publici aut famosi latrones
sive fures omni beneficio provocationis et appellationis penitus
exclusi furcis suspendantur, ita quod moriantur, et si casus exe=
gerit trahi mentur aut dismembrentur ad aliorum malefactorum terrorem,

De poena furantis bestias cap. xxxvij

Bestiarum furta et que a pastoribus ac custodibus et coittis sepe
vidimus advertentes hoc presenti statuto sancimus, quod si custos
aliquis bestiarum sive pastor domino suo vel alteri cuicumque persone
sive et si quis alius furto subtraxerit seu furatus fuerit
aliquam prendem capram porcum sive aliquam bestiam pecudinem

40v

caprinā porcinā uel similium alieni de dicto Castro pena x libr.
pro qualibet bestiā puniatur, et dānum emendet in duplo dānum passo,
Si uero bouē uaccā bufalum, equū equam, uitulum pollitrū, asinos,
mulos aut similes bestias grossas mares et feminas si quis uio:
lenter uel furtiue acceperit aut mortificerit in districtu dicti
Castri qualibet uice. pro qualibet bestia xxv. lib pena punia:
tur, et dānum in duplo patienti reficiat, Et si dictam penā
non soluerit, aut soluere non potuerit infra terminū sibi per Po:
testatem statuendū in condēnatione publice ac de die per totū
Castrū fustigari debeat. Volumus tamen q si quis pretenderet
aliquam dictarum bestiarum accepisse cū aliquo iusto titulo debiti
uel obligationis cuiuscunque, eamque bestiam Curie denunciauerit in
triū dierū termino penā nō incurrat. Si quis aut aliquā dictarum
bestiarum inuenerit errantē sine patrono uel custode, et eā recolligerit
ut suē receperit, et Curie denū ciauerit infra terminū quinque
dierum leuentur a patrono dicte bestie tres sol. pro qualibet bestia
minuta et soldos quinque pro qualibet bestiā grossa, Si uero infra
dictū terminū quinque dierum non denunciauerit, uel Curie nō assigna:
uerit et illam retinuerit, uel de ea aliter disposuerit, aut eam con:
tractauerit, pro furto habeatur, quod enim suū non erat ad alium
spectare et pertinere modis omnibus lege testante scire debuit. Hoc
idem declaramus et determinamus de alijs quibuscumque mobilibus rebus
alienis repertis, si eas recipiens repertas non assignauerit Curie
in termino sup.to furto adscribi ut supradictū est,

De pena furantis uel diguastantis cupillos apium

3 Cupillos apium si quis furatus fuerit seu studiose diguastauerit
alienos unū uel plures cū apibus uel melle xxv. lib penam pro

quolibet capello si nouerit incurrisse, et damnum emendare in duplo
passo condemnetur secundum aestimationem eius sacramento faciendam
Potestatis arbitrio moderandam, Receptator autem facientium talia furta
x. lib. poena puniatur.

De poena furantis linum bladum et his similia cap. xxix

Linum canapam granum aut aliud bladum siue legumen in campis extra
dictum Castrum si quis furatus fuerit de area accoltaria barcone
uel aliunde quinque lib. poenam uice qualibet de die, de nocte autem in du-
plo puniatur, et hoc intelligi declaramus de furto commisso a
quatuor gregnis siue manipulis uel matallis supra, Abinde uero
infra xx. sol. poenam incurrat pro qualibet gregna manua, siue
manipulo, et in omni casu damnum in duplo emendet patrono
rei furatae semper debeat reus condemnari patroni sacramento aesti-
mandum, si uero intus dictum Castrum, siue de domo uel cappana uel
quopiam furta praedicta quis commiserit, dupli poena eius quod supra
sancitum extitit puniatur cum dupli emenda ut supra. Si autem salmam
bladi, lini, canapis uel aliorum bladorum siue leguminum furatus fuerit
unam uel plures xx. lib. poena si nouerit innodatum pro qualibet salma,
et praedicta intelligi declaramus de blado fabis et alijs seminibus
et leguminibus quibuscumque si fuerit triturata et a paleis et sti-
pulis separata usque ad salmam et a salma supra qualibet uice et
qualibet salma Receptator uero praedictorum furtorum scienter in dimidia
poenae et emendae praedictae semper puniri decernimus.

De poena furantis uomerem aut dequalitatis aratrum cap. xxx

Vomerum de ferro aut aratrum carrum uel alias bouum seu bufalorum

ad arandū et trahendū armaturas si quis furatus fuerit aut in-
ciderit seu diguastauerit studiose in l.ta sol. puniatur, et dānum
in duplū dānum passo condēnari debeat emendare eius sacra-
mento estimandū,

De pœna furantis nassam et similia cap. xxxx

Nassam squitrionē aut aliquod aliud artificiū aptum ad
capiendum pisces si quis de flumine furatus fuerit aut quolt di-
guastauerit siue disperdiderit l.ta sol. pœna puniatur pro
quolt artificio in flumine posito ad capiendos pisces, siue captos
retinendos, si quis aūt p̄dicta artificiā uel aliquod ipsorum
in flumine existentia ad piscandū requirent pœna x. soldorum
uice qualibet pro quolibet artificio se nouerit incurrisse, et dam-
num emendet in duplum damnū passo, si pisces ex d.tis artificijs
abstulerit,

De pœna furantis uuas uinū uel mustum cap. xxxxij

Furans uuas uindemiatas de massa, tina, uasculis siue torcularibus pœna
x. lib. puniatur pro qualibet salma quā abstulerit, et ab inde supra
pro rata dictæ pœnæ, et eadem pœna puniri statuimus si quis mustū
aut uinū furatus fuerit pro quolibet barili, et emendā in duplū satisfa-
cere dānum passo compellatur,

De pœna furantis saxa tegulas, canalia uel mattones cap. xxxxiij

Si quis saxa tegulas seu cancones, canalia seu mattones et his simi-
lia furatus fuerit pœnā L. sol. se nouerit incurrisse pro qualt salma,

et ab inde supra pro rata, et semper in duplum emendā satisfacere dam-
nū passo condēnetur. Hac eadem pena puniri sancimus, siquis calcem fura-
tus fuerit pro qualibet salma calcis,

De pena furantis tabulas siue lignamina cap.° xxxxiiij

Tabulas, trabes, trauicellos, cerulos, et alia similia lignamina laborata
siue disposita ad fabricā alicuius labority, uel edifitij si quis furatus
fuerit Centū soldiꝫ penā incurrat pro qualibet salma, et ab inde supra
pro ratā, et dānum in duplo dānumpasso compellatur emendare,

De pena ementis rem furtiuā cap.° xxxxv.

Rem furtiuā siue rem furatā aliquā si quis sciente emerit aut be-
stiam aliquā a pastore uel custode inscio et inuito bestiē patrono
emerit, statuimus puniri dimidia pena qua principalis fur et uen-
dens puniendus ueniret ex forma supradictorꝫ statutorꝫ de materia lo-
quentiū, et nihilus dictam rem siue bestiā aut eius integrā ualorem
Iuramento dānum passi declaratū satisfacere compellatur, Si uero
rem aut bestiā esse furtiuā ignorauerit, et illā emerit bona fide et pa-
trono repetenti restituere recusauerit penā l.ra sol. xxv quālꝫ se noue-
rit incurrisse, et nihilus cogatur per Potatem uel eius Vicariū rem ipsā
uel bestiā si extat, alis eius rei uel bestie ualorē et estimationem
Iuramento patroni estimandā restituere ac satisfacere compella-
tur patrono rei uel bestie furatē sine aliquo pretio siue solutione
aliqua facienda,

De pena auferentis per uim rem alienā cap.° xxxxvj

Si bonorum raptorꝫ crimen seu rapinā aecius q̃ furta simplicia

merito leges abhorrere solent et punire. Ideirco statuimus et ordinamus, quod si quis per vim bursam, vestem, pannos, seu aliquam quamcunque rem pecunias seu bestias minutas de manibus suis sive de dorso alicuius rapuerit, semper tripli pena qua fur simplex punitur ex sui(s) statutis se noverit incurrisse, Excepimus tamen a pena predicta eos velentes qui invenerint dannum dare absque dannum dantes per vim et violentiam rem aut bestiam aliquam acceperit pro pignore, dummodo infra tres dies Curiae dicti Castri dicta pignora assignaverit, et alias penam furis non possit evitare cum emenda dupli dannum passo,

De pena furtim dimictentis per muros cap.º xxxxvij

Qui aliunde quam per hostium sive portam conatur intrare transire sive res transportare, sacrosancto Dei evangelio testante, fur est dicendus et latro, quo circa statuimus quod si quis per muros dicti Castri Baschij rem aliquam furatam sive raptam scienter ab extra muros eiecerit aut cum fune vel aliter dimiserit, aut e converso per muros intromiserit per muros, libras decem sol. pro pena vice qualibet solvat,

De furtis domesticis cap.º xxxxviij

Scandalis obviare cupientes que saepe eveniunt in familia propter furta domestica, statuimus et firmiter ordinamus, quod si quis scienter emerit aliquam rem seu res per filios familias sive alios de familia secrete et clam sublatas sive acceptas a patribus vel patronis intus vel extra dictum Castrum res si extant alias eius condignum valorem patri familias vel Domino restituere cogatur sine restitutione pretii forsitan soluti filio familias vel alteri de familia predicta, Si vero scienter emerit dictas res in domo vel ad domum patris vel patroni

ultra rei restitutionem si res extat, alias condigni ualoris æstimationem si res non extat sine preiudicio restitutionis utriusque est ordinati Lta soldorum pæna uice qualibet puniatur, tunc .N. filium familias uel alios de familia ad furandum et subripiendum ab ipsorum patribus uel patronis corrupisse presumi uolumus, Similiter quoque et eadem pena Lta soldorum receptatores talium rerum sublatarum puniri declaramus,

De pæna occupantis Iura uel introitus Dnorum et Cois cap. xxxix

Quod comuniter possidetur negligi solet ut plurimum, et presertim circa Dnorum et Coitatis Iura, et introitus loquentes, in quibus dilapidatores potius quam administratores siue conseruatores merito possumus nominari, Idcirco statuimus et firmiter ordinamus quod si quis reperiatur penes se retinuisse Iura Coitatis aut Dnorum dicti Castri per tempora existentium siue scripturas siue Introitus, pecunias uel alia bona quecumque ultra decem dies postquam finitum officium siue administrationem siue Camerario fuerit et alijs officialibus ad quos spectat non assignauerit et restituerit cum effectu Lta sol pænam incurrat pro qualibet die qua restituere neglexerit postquam sibi per potestatem uel eius Vicarium fuerit demandatum,

De pæna ponentis res Iniuriosas uel diffamatorias ad domum alicuius cap. xxxx

Iniuriosas uel diffamatorias impositiones ad alienas domos ex quibus non modica scandala faciliter exoriri solent et possunt, et turpia continentes, Statuimus quod si quis studiose ad domum siue ante domum habitationis alicuius posuerit cornua bestiarum fecias fetidas stercora aut aliquid aliud turpe x lib uolumus castigari. Si quis autem posuerit aliquem libellum cedulam siue scripturam aut picturam continentem seu demonstrantem aliquod famosum iniuriosum siue diffamatorium

patrono sive habitatori domus ad quā vel ante q̄ ponuntur xxv. lib. puniatur vice qualibet, de nocte aut in predictis penā duplicari sancimus non immerito, quia de nocte ut plurimū huiusmodi diffamationes apponuntur et lex civilis contra delinquentes capitali pena minatur et punit.

De pena turbat. possessionis cap.º xxxxi

Occupantes sive aliena bona turbantes sive molestantes pacificos possessores propria auctoritate in bonis stabilibus sibi ipsis ius dicendo, ex quo ad arma sepenumero solet deveniri refrenare cupientes, statuimus et ordinamus q. si quis in possessione rei stabilis aliquē turbaverit sive propria eius auctoritate molestaverit, aut dictā rem stabilē occupaverit vel invaserit, si dicta res fuerit x. lib. valoris et abinde infra, centū soldorum penā incurrat, Si vero maioris fuerit valoris quantacunque sit quantitas L.ta librarum penā incurrat, et possidenti in dubio rem et possessionē restituere debeat, et a turbatione sive molestationē penitus cessare, necnō et dāna et expensas sacramento dānificati declaranda satisfacere condēnetur, reservato tamen sibi iure suo in proprietate vel dominio super d.ta re stabili in iudicio si voluerit, Rei aut mobilis aut se moventis si quis ablator sive turbator fuerit vel molestator possessionis pena x. librarum puniatur, si valorē x. librarum excesserit, Abinde vero infra centū soldorum pena mulctetur, et rem relaxet ut supra dictum est. Si quis aut acceperit, turbaverit, impediverit, sive fregerit investiturā, seu tenutā rei vel possessionis datae vel concessae per Curiam in medietate pene superius ordinatae iuxta valorē rerū turbatarum ut supra dictū fuit puniri declaramus, nisi penitus dictā tenutā restituerit et ab ea molestatione cessaverit ante responsionē processui propterea contra ipsum formato, quo casu pro prima vice alia pena puniri non curamus, Si vero rursus et iterū quandocunque turbaverit, impediverit

pregerit seu molestauerit possidentem penis supperius expressis et de-
claratis omnino puniri volumus. Hoc idem sancimus et disponimus
contra occupantes sive invadentes propria auct.te res vel bona et possessiones
aliquas quomodolibet spectantes Comunitati ac Mag.cis dnis dicti Castri si propria
auctoritate fecerit et sine aliqua licentia Consilij et dnorum d.ti Castri.

De pena guastantis viam vicino cap.o xxxxij

Viam actum iter sive transitum eundi et redeundi siquis impedieverit sive
deguastaverit alicui suo vicino quam vel quod habuisset seu haberet
per locum, fundum, sive possessionem suam, ita quod ire et redire non possit sicut
ipse et sui auctores ivit et transivit consueverunt anno proxime preterito pre-
cedenti in x. lib. den. puniatur vice qualibet, et nihilominus dictam viam
iter actum sive transitum in pristinum esse reducere compellatur, mini-
me enim sunt mutanda in preiudicium alicuius, quae diu servitute pro-
bantur,

De termino moto cap.o xxxxiij

Terminos limites sive morras pro confinibus existentes inter
fundos vel possessiones quarumque diversarum personarum aut inter diver-
sa tenimenta siquis studiose, evulserit, amoverit, cavaverit
seu quomodolibet deguastaverit ligonizando arando, vel alio quodcumque
studioso modo transcendendo terminos et limites suos in fundum sive
possessionem vicini, aut dictos terminos occultaverit vel furatus fuerit
l.ta lib. pena sine aliqua diminutione vice qualibet puniatur, et
nihilominus dictos terminos limites sive morras unum vel plures reponere
in pristinum statum omnino compellatur, dannumque emenda-
re cogatur patienti dannificato eius sacramento declarandum -

44v

De pena caluniantis cap.o xxxxiiij

Innocentem caluniose diffamantes nisi puniantur, maximu' solet
in Republica scandalum generare, Ea propter statuimus et ordinamus
q. si quis aliqua' innocente' persona' caluniatus fuerit siue diffamauerit
de aliquo crimine maleficio uel delicto, siue de quacumq. alia re diffama-
toria modo aliquo in presentia uel absentia persone caluniate aut
ad clamando dicendo uel qualitercumq. exponendo con' ipsa' etiam diffa-
mata' persona', dum tamen ipsa diffamata persona sibi ad iniuriam
reuocauerit, et cora' Potestati siue eius Vic.o et Curia accusauerit
querelauerit seu denuntiauerit de d.ta diffamatione, pena' Centu' soldoru'
pro quolibet et quolibet uerbo diffamatorio incurrisse declaramus,
et ad satisfaciendu' compellatur et condenetur persone iniuriate
seu diffamate estimatione' iniuria' uel diffamationis iniuriane faci-
enda cu' Juramento persone iniuriate uel diffamate, et taxanda'
arbitrio Potestatis uel eius Vicarij considerata qualitate calunie et diffa-
mationis ac conditione personaru' diffamantis et diffamati ponsata,

De pena incidentis uinea' uel pergulas cap.o xxxxv.

Et si suauissimos nobis fructus pergule et uites producant ut nil
suauius inter cetera liquamina pro usu uite humane habere possitiamur
et tamq. ingratissimi pusillanimitate ducti immemores uini uuarumq.
et multi suauitatis contra pergulas et uites innocentes interdum ulcisci
quaeritamus, quo circa huic morbo medelam adhibere uolentes contra
delinquentes statuimus et ordinamus q. si quis per iniuria' uel ludibrio
uinea' pastinu' siue uites alienas inciserit roncauerit euulserit siue
deguastauerit iniuriose xx. sol. pena' incurrat pro qualibet uite si nu-
meru' xx uitiu' non excesserit, Abinde uero supra usq. ad uites quadra-
ginta pena L.ta lib. puniatur, abinde uero supra centu' librar' pena'

se noverit incurrisse, et semper de nocte pena duplicetur, et in duplũ emendare dãnum compellatur dãnnũ passo, et nihilominus in p(redic)tis casibus si pe-na imponenda xxv. lib. excedat, et ipsã penã à xxv. lib. supra non solverit aut solvere reus non potuerit infra terminũ decẽ dierũ à die condẽnatio-nis numerandũ, manus dextra sibi amputetur, ita q(uod) à bracchio et corpore penitus separetur, Si quis aut(em) studiose per iniuriã pergulã alienam incidit roncaverit evulserit seu deguastaverit x. lib. pena pro qua-libet pergula puniatur, cum conditione simili q(uod) si pena imponenda xxv. lib. excesserit, manus dextra sibi amputetur, ita q(uod) à bracchio et corpore penitus separetur. si non solverit aut solvere nõ poterit infra x. dies ut supra dictũ est, et dãnum in duplum emendet patrono pergule,

De pena deturpantis sive deguastantis figurã Dei vel sanctorum cap.o xlvj

Figuram Dei et sanctorũ deturpantes sive deguastantes iniuriose merito odientes, et pena aliqua l(icet) non condigna eos prosequentes, ne ira Dei et furor et contra innocentes insurgat, statuimus et or-dinamus q(uod) si quis studiose per iniuriã deturpaverit fregerit sive deguastaverit aliquã picturã et figurã sive imaginẽ Dei, ysu xpi sive gloriose Virginis Marie Centum lib. pena sine aliqua diminutio-ne vice qualibet puniatur, Si vero aliorũ sanctorum, vel sanctarum Dei xxv. lib. pena incurrat, quã penã in casibus predictis si condẽnatus nõ solverit cũ effectu infra terminũ decem dierũ à die condẽnationis numerandũ nudus acriter virgis publice debeat di die fustigari per totũ Castrũ, et inde postea statim per tres cõtinuos annos exbandiatur ad minus) Si quis tamen pro h(uius)mõi delinquentibus quomodolibet pro remitten-da vel diminuenda pena in consilio vel in cõmuni proposuerit sive arengaverit xxv. lib. penã se noverit incurrisse de facto sine aliqua

diminutione, Volumus insuper q si quis sacratas ecclesias dicti Castri et eius districtus studiose prophanauerit aut ad prophanos seculares et illicitos usus prod.is ecc.is usus fuerit ut puta scienter immictendo anima: lia fimu siue litamen et his similia, sacras edes et ecc.as prophanantia et deturpantia Sta. lib. pena uice qualibet puniatur,

De pœna ludentis cap.o xlvij

Alearu usus ut plurimu a iure noxius reputatus prohibendi ludos illi: citos nobis materia prebuit, quocirca prohibitiue Statuimus et ordi: namus, q si quis luserit ad ardu taxillos cartas, aut ad aliu quemcunqz ludu quoque nomine nuncupatu, in quo uel ubi denarij uel pecunie perdantur siue uincantur in dicto Castro uel eius districtu quinquaginta solidoz pena uice qualibet puniatur de die, de nocte aut centu sol, simi: li quoqz et eadem pena uolumus eu puniri, qui ludentes p.tos in eius domo uel taberna receptauerit, et cuilibet accusari liceat cu lucro quarte partis pene, et accusatoris sacramento cu uno teste idoneo credendu esse sancimus, Excipimus a p.tis ludentes ad pila ad scacchos, ad mitulas ad pallottas, ad morra, ad rotellas ad balestrandu, Jaculandu et trahen: du cum dardis, lanceis lapide, palis de ferro et his similibus ludos permissos uirtutis causa corporis uel ingenij exercitandi, in quibus ludentes decernimus no puniri, Vitiu enim animi et corporis delictu, no aute ingenij uirtutem et corporis laudabilem exercitatione intendi: mus prohibere,

De pœna falsi contractus Juramenti uel monete cap.o xlviij

Falsariorum amplam materiam compescere uolentes breuiter quantu

possumus hoc presenti statuto sancimus et firmiter ordinamus quod si quis falsum instrumentum contractuum vel aliam quamcumque scripturam falsam fecerit sive fieri fecerit, aut illo vel illis scienter usus fuerit paenam centum lib. se incurrisse cognoscat, Si quis autem falsum dixerit testimonium, aut falsum fecerit Juramentum, aut falso testimonio sive teste falso et Juramento in Judicio scienter usus fuerit eadem pena puniatur, et damnum in duplo afficeu semper rogatur et condemnetur damnificato, falsam monetam expendens scienter si ultra duas argenti et auri monetas expenderit x. lib. penam incurrat pro qualibet moneta, Si quis autem falsam monetam cuderit sive fabricaverit, sive cudi sive fabricari fecerit penis legalibus puniatur, Si quis vero monetas inciserit totonderit momorderit minuerit sive limaverit causa eas diminuendi in pondere et valore l. lib. pena puniri sancimus, quas quidem penas si non solverit delinquens condemnatus sive solvere non potuerit infra x. dies a die condemnationis numerandos manus dextera incidatur, ita quod a braccio penitus separetur, et nihilhominus in omnibus praedictis et singulis casibus si quis fuerit condemnatus merito notam infamie incurrisse, et infamem esse intelligi declaramus

De pena mittentis ignem cap. xlviij

Incendiaria quoniam lex et Jura omnia plurimum abhorrent, ea propter statuimus et ordinamus, quod si quis studiose ignem immiserit in domum, stabulum, cappannam alicuius in qua extant bladum, in narcoribus accoltarijs vel alio quomodo, centum librarum penam incurrat vice qualibet, et nihilhominus damnum in duplo emendare compellatur damnum passo eiusdem sacramento eostimandum, si vera damni estimatio non habeatur, et si forte aliquis ex dicto igne moreretur

46v

siue comburretur Centum florenorum auri pro pena pro quolibet mortuo delinquens puniatur, quam penam si non soluerit, aut soluere non potuerit infra x dies a die condemnationis numerandos, et ipse comburatur Ita quod penitus moriatur, Hoc idem quoque sancimus contra studiose comburentem fenum, linum, canapem, siue paleas existentes et existentia in quibuscumque barconibus paliarijs, siue fenarijs, Si quis ignem in aliquo loco non studiose immiserit ad nocendum alteri, sed pro suis necessitatibus et utilitatibus puta in cultis in stipulis et similibus, et inde ignis euagauerit, seu alicui damnum dederit xxv lib. pena condemnetur, et damnum in duplo emendare compellatur damnum passo, Idem similiter ordinamus contra ignem mittentes in fabis aut leguminibus quibuscumque, et si forsan aliqua persona comburatur xxv florenorum auri penam se nouerit incurrisse in quam penam si non soluerit aut soluere non potuerit infra x dies a die condemnationis numerandos, manus una unicuique per sibi debeat omnino amputari,

De pena mittentis ignem in montibus cap. L

Statuimus et ordinamus quod si quis ignem immiserit in montibus Castri Baselij sine Dominorum licentia, et combuserit terram supra mensuram unius quartengi, pena x sol. pro quolibet quartengo terrae puniatur quod combuserit, et in illis si alicui damnum dederit tantundem soluat damnum passo, et damnum omnino emendare compellatur,

De pena mittentis ignem in stipulis uel in aris cap. Li

Quoniam prudentis est prouidere futura presertim ea quae ex contrarijs accidentibus faciliter euenire possunt, Ideireo statuimus et ordinamus quod nemo audeat uel presumat ignem immictere in cultis siue stipulis alienis sine expressa licentia Magnificorum dominorum et Potestatis ante festum

sancte Marie de mense Augusti sub pena l(ibr)a(rum) [illegible] sol(idorum) pro quolibet campo vel area, quem et quam combusserit, et in duplum si alicui damnum dederit, in tantundem condemnetur. Hoc idem simili statuimus quod comburentes paleas sive fenum in areis alienis existentes post dictum festum sancte Marie in medio Augusti, nisi voltas et alias consuetas et condecentes reparationes sive defensiones propterea evitando circa dictam aream vel paleas patronus fecerit sive fieri fecerit.

Quod Pater teneatur pro delicto filij cap(itul)o Lij

Delinquentium audaciam compescere volentes sancimus quod filius vel filia nepos, vel neptis ex filio stans et habitans cum patre vel avo paterno ad unum panem, vinum, et ignem vivendo, et commorando in eadem domo sub familia et potestate patris vel avi, si aliquod maleficium delictum sive excessum contra aliquem comiserit, Pater vel avus paternus in cuius familia et potestate fuit delinquens, teneatur et obligatus sit pro filio vel nepote in penis pecuniarijs usque ad portionem legitimam eidem filio vel nepoti contingentem de iure nature, et de et super bonis et hereditate patris vel avi, et in pluri vel alio quod pater vel avus pro filio vel nepote delinquente gravari non possit statuimus, volumus, intelligi ac declaramus, Addentes quod pater vel avus teneatur pro filij vel nepotis debito satisfaciendo, si tale debitum factum et contractum fuerit per filium vel nepotem pro utilitate domus et familie patris vel avi, cum quo ad unum victum habitavit et moratus fuit tempore contracti debiti, aut in utilitatem patris vel avi eiusque familie cum qua sic habitando contraxerat conversum esse constiterit

De pena frangentis hostia cap(itul)o Liij

47v

Hostia domus alicuius si quis fregerit aut uiolenter aperuerit Lta librarum de die, contra uero 100 de nocte se noverit incurrisse vice qualibet, si uero aliquis in ea domo habitaverit et personis habitanti aliquod damnum vel iniuriam intulerit ultra dictam penam arbitrio Potestatis et Consiliariorum, locorum temporis et personarum conditione qualitate et alijs circumstantijs mature pensatis, hoc idem observari sancimus circa delinquentes, de et super hostijs edificiorum existentium extra dictum Castrum, si quis autem inciserit, fregerit, extraxerit vel aperuerit hostia sive sbarras violenter in gripptis existentes vel vineis aut clausuris alienis, aut serram sive ussium violenter de sbarra vel hostio extraxerit xxv lib pena puniatur, et damnum in duplo emendare damnum passo compellatur. Et hoc idem volumus observari in frangente violenter sive rumpente cappannam, gripptam, colubariam sive pullariam clausam alicuius, et cuilibet accusare liceat de omnibus supradictis et procedi et possit per inquisitionem ex denuncia vel querela ac et ex officio mero Potestatis et Consilij, declaramus tamen predictum hoc statutum in premissis casibus servari debere et locum habere nisi contrafaciens vel delinquens iustam vel saltem verisimilem causam iustam habuerit faciendi, eo enim casu duntaxat ad emendandum duplum damnum passo compellatur, et non ad aliam penam,

De pena capientis columbos domesticos cap.° Liij

Columbos tam domesticos quam colubariarum ampliare pro fertiliori victu populi cogitantes, statuimus et ordinamus quod si quis aucupatus fuerit ad columbos colubariarum sive tempore cum retibus, et aliquem columbum ceperit x sol vice qualibet puniatur, si quatuor columbos ceperit et abinde infra duarum librarum penam incurrat pro quolibet columbo, abinde vero supra ultra

predicta pena volumus q pena de soll. incurrat pro quolibet par columbor. quos ceperit, Si quis aut sine retibus dictos columbos ceperit pena quinq. sol. pro quolt. columbo puniatur, de columbis aut domesticis sine casareccis si quis ceperit vel occiserit eos pena x sol. pro quolt. columbo puniri declaramus,

De pena ementis rem litigiosam cap.o Lv.

Litigiosa rem emere et scienter acquirere tam canonica q civilia Iura solent prohibere, et propterea nos legalibus sancionibus inherentes pro bono publico statuimus et ordinamus q si quis rem aliquam litigiosam scienter emerit vel quovis alio titulo acquisiverit vel habuerit de qua re questio lis sive controversia mota esset xxv lib. penam incurrat, et nihilhominus dicta emptio donatio seu concessio ex quovis titulo facta fuerit acquisitio non valeat ipso Iure, et intelligatur lis questio controversia mota per oblationem libelli vel instri publici productionem facta in Iudicio

De pena ementis Iura con. Dnos vel Comune cap.o Lvj

Pro evitandis futuris Inconvenientibus et pro pace habitantium in dicto Castro ne fortasse aliquando contra dnos vel Comune proprium conviciis audeant dominos erigere minus licite, sancimus firmiter prohibentes omnes et quascunq personas, q nemo audere et presumere debeat emere vendere, vel alio quovis alienationis titulo concedere seu contradictare sive aliqua Iura acquirere et actiones vel bona et res aliquas contra Mag.cos dnos vel Co.e dicti Castri, et in ipsos dnos

uel Cois preiudicium sub pena centu lib. ipso facto incurrenda uice qualibet pro quolibet contrafaciente, et nihilus talis emptio contractatio concessio siue alienatio nō ualeat ipso Iure.

De pena reuelantis secreta cap.o Lvij

Secreta reuelans solet sepenumero scandala seminare, ideo prouidere uolentes presertim in grauibus, Statuimus q si quis reuelauerit aliquod uerbum secretū sibi sub credentia et silentio impositū per [illegible] dnōs suos per Potestatem uel consiliarios pena xxv. lib. uice qualibet puniatur, si uero talis reuelans secreta sibi imposita ut supra fuerit consiliarius siue castaldus dupli penā incurrat.

De pena frangentis carcerem cap.o Lviij

Statuimus q si quis aperuerit siue fregerit aut rumpere seu frangere auxiliatus fuerit uel mandauerit carcerē Cois dicti Castri siue locū pro carcere deputatū, Ita q carceratus seu ibidem detentus de mandato [illegible] dnōz uel Potatis aufugerit xxv. lib. penā se nouerit incurrisse uice qualibet, et nihilus ille talis qui carcerē aperuerit aut fregerit aut frangere siue rumpere auxiliatus fuerit teneatur pro omni eo pro quo tenebatur carceratus si aufugerit et rehaberi non possit, Constrictam aut siue locū de non discedendo sibi assignatū per Potatem uel eius Vicariū si quis aperuerit uel inde discesserit contra preceptū siue mandatū sibi factū xl.ta sol pene pena puniatur uice qualibet et in constricta reponatur omnino.

50v

Liber quartus de extraordinarijs

De modo procedendi in extraordinarijs cap.° p.°

Quoniam multa crimina esse reperiuntur que propria nomina uel accusationes proprias non habent sed extra ordinē ea inuestigari oportet, atq puniri, ne impunita remanere contingat in ~~Reipublice et~~ Uniuersitatis et Cōitatis dicti Castri maximū detrimentū, oderunt .n. peccare mali formidine pene, eapropter post malificia crimina seu delicta ordinaria explicata de extraordinarijs et criminibus utiliter conuenit prouidere, Sancimus ergo in extraordinarijs criminibus, q Potās uel Vicarius possit procedere per uiā accusationis denuntiationis querele uel inquisitionis ex offo ac multare et punire et condēnare prout et sicut in alijs criminibus supra in precedenti libro malificior ordinatū est iuxta formā presentiū Statutor et alias de facto extraordinarie sine aliquo processu delinquentes punire condemnare multas et penas exigere possit Potestas uel eius Vicarius prout qualitas negotior ac temporis et personar natura pensata conditio admonebit,

De prohibita portatione armor cap.° ij

Arma portantes quia ut plurimū fiunt ad crimina . . .
Ideirco statuimus et ordinamus futuris erroribus obuiantes q nemo terrigena uel forensis possit nec ualeat per dictū Castrum portare aliquod armor genus offendibiliū uel defendibilium sub pena dex sol. pro armis offendibilibus, et xx. sol. pro armis defendibilibus

pro quolibet contrafaciente qui portare dicta arma fuerit inventus per Potestatem vel eius Vicariu, excipimus tamen a p.tis Mag.cor Dnos Potestatem sive Vicariu et ipsoru famulos vel alios quibus p.ti Dni vel Potas expresse licentia dederit arma portandi, Volumus insuper Smoi Statuti prohibitiund in tempore guerre suspitionis status currerie cavalcate nec non et in eundo et redeundo intus vel foras dictu Castru pro suis alijs negotijs arma p.ta portantes omnino immunes esse et non puniri declaramus, ad noxam enim evitanda tendimus no ad necessaria armorum portatione pro utilitate coi legem imponimus,

De pœna deturpantis fontes vel cisternas cap. iij

Quatuor elementor potissimu aqua esse cognoscentes, sine qua humana vita esse non potest, non sunt igr aliquo modo fontiu et aquar maculatores sive deturpatores ear presertim aquar que humano potui et victui sunt destinate sine punitione pretereundi, Idcirco sancimus q si aliqua persona fecerit aliqua spurcitia turpitudine aut immunditiam aut in cisternis sive aquar puteis dicti Castri intus vel extra exentibus aut introrsu in d.tas cisternas seu aquaru puteos aliquod turpe seu immunditia seu replementu quodcuq proiecerit xx. sol. pœna vice qualibet si noxerit incurrisse, In fontibus aut muratis extra dictu Castru si quis spurcitia aliqua fecerit vel immiserit sive corruperit ut supra dictu est immediate p.ta pœna puniatur vice qualibet, Prohibemus insuper lavari posse prope d.tas cisternas puteos fontes aquaru per decem passus sub pœna x. soll. pro qualibet persona contrafaciente vice qualibet, Similr addentes qd nemo ex dictis puteis vel cisternis in dicto Castro existentibus possit aquas haurire vel extrahere a Idis mensis Martij usq ad festum

omnium Sanctorum in K[a]l[end]is mensis Novembris sine licentia Mag[nificorum] d[omi]nor[um] et Potestatis nisi tantummodo pro bibendo, cucinando et his similibus necessitatibus sub pena de sol[idis] vice qualibet pro quolibet contrafaciente incurrenda,

De prohibitione letaminis et cineritij cap[itul]o iiij

In vijs publicis intus vel extra dictu[m] Castru[m] aut prope muros sive maenia, sancimus prohibentes q[uod] nemo fimu[m] sive letamen vel terra[m] plenu[m] proijcere seu proijci facere audeat vel presumat sub pena x sol[idorum] pro quolibet contrafaciente vice qualibet, et nihilominus si quis proiecerit inde amovere proiecta penitus compellatur, Volumus tamen q[uod] hiemis tempore liceat unicuiq[ue] impune stercu[s] fimu[m] sive leta[men] prope muros dicti Castri apponere et ad[h]erere dumtaxat pro purgandis vijs publicis ibidem circumstantibus, ac et[iam] pro cloacis et sciacquatorijs dicti Castri purgandis, Prohibemus similiter cineritiu[m] sive littiatu[m] ab aliqua persona proijci in dicto Castro quod cadat seu veniat quomodocu[n]q[ue] in vias publicas sub dicta pena x sol[idorum] vice qualibet pro quolibet contrafaciente,

De pena porci intrantis fossu[m] Co[mmun]is cap[itul]o v.

Ordinamus q[uod] si quis porcus sive bestia porcina alicuius intraverit fossos Communis, d[omi]nus porcine bestie sive patronus sol[idum] diminus pena[m] solvere compellatur pro qualibet bestia porcina,

De pena accipientis saxa Co[mmun]is cap[itul]o vj

Communiter negligi solent eaque Co[mmun]iter sive a Co[mmun]itate possidentur

regula Juris dictat, tamen statuimus in particulari de omnibus
cōmoda ad accipiendū, hoc est de saxis cōis v3 q si quis saxa
vel lapides di fossis vel muris Cītatis aut de salicatis acceperit
asportando ad privatos usus sine licentia Mag.cor Dnōr et officialium dti
Castri xx sol pœnā si noverit incurrisse pro quolibet lapide sive saxo
si pondus xxv librarum excedit unū vel plura, ab inde vero sup. pro rata,

De pœna murantis prope muros Comunis cap.o vij

Magistra rerū experientia propter futura pricula et machinatiō:
nes quieti status dicti Castri nos docet prohibere q ne quis aliquod
genus edificij prope muros castillanos per spatiū x pedū de coī faciat
sive fieri faciat, nec in qualibet viā quę vadit prope dictos muros intrinsecus
seu a parte interiori sine expressa Dnōr et officialiū licentia sub pœna
l.ta sol. vice qualibet pro quolibet contrafaciente, simili et prohibemus prope
dictos muros Cōis sub dicta pœna fieri capparam palearum simile et similia,

Q pecuniā mutuatā Cōi restituatur in mensem cap.o viij

Et si patriæ post Deū anti q parentibus obligemur, tamen propria
charitas, timorq amictendę pecunię aut restitutionis retardandę
de mutuo Cītati facto per Rei publicę administratores reddunt ut plu:
rimū cives ad Cītatem subveniendā tardiores in opportunitatibus
Hanc igr ambiguitatē amoventes statuimus et ordinamus q Potestas
vel eius Vicarius unā cū consiliarijs d.ti Castri sub vinculo prestiti Juramenti
teneatur et debeat modū et ordinē dare et invenire quicumq personę
dicti Castri aliquā pecunię quantitatē Cītati sive pro rebus Cītatis

mutuauerit uel crediderit infra unũ mensẽ plenariẽ et integraliter per Camerariũ dicti Castri restitutio fiat mutuanti siue creditori sub pœna x. sol. pro quolibet p.^tos qui ad p.^ta implenda fuerit negligens incurrenda et de facto a quolibet ipsorum auferenda,

Quomodo macellarij carnes uendant cap.^o viij

Macellarij siue facientes carnes statuimus et ordinamus q. semper teneantur et debeant carnes uendere pro duobus den. minus pro qualibet libra carnis eius pretij, quo uenditur per tempora in Ciuitate Urbisueteris uel Tuderti, hoc est eo minus uendere pro qualibet libra carniũ, q. Urbisueteri et Tuderti soluitur pro gabilla carniũ, et teneantur ponderare cũ statera bilancis et ponderis adiustatis et bona pondera facere ementibus sub pœna xx. sol. uice qualibet incurrenda pro quolibet contrafaciente, et simili pœna puniendos esse sancimus, si unã carnẽ pro alia uendiderint siue pro maiori pretio q. debeatur, morticinas autẽ uel lupitinas carnes extra portam dumtaxat et in frustra nõ ad pondus uendi permictimus sub pœna p.^ta xx sol. si aliter uendi contingat, et in omnibus p.^tis teneantur uendentes ementi dare carnes de quocumq. membro emens petiuerit sub pœna x. sol.

Q. Macellarij nõ inflãt et retineãt diuersas carnes in uno bancho cap.^o x.

Macellariorum fraudibus pro posse cupientes obuiare, statuimus q. si quis macellarius siue decorians aliquã bestiã macellandã siue uendendã illã cũ oris flatu inflauerit siue abbottauerit x. sol. pœnã incurrat,

pro qualibet bestia grossa puniatur, Si vero carnes mixtas diversarum bestiarum tenuerit macellarius ad vendendum in uno bancho diversi generis puta capram pro pecude aut diversi generis sexus puta masculum pro femina, aut montonem pro castrato vendiderit, verrem pro porco maiali, scrofam pro sanata et his similia cosimili xx sol. pœna qui libet puniatur vice qualibet, et de p.tis quilibet possit accusare cum uno teste, et lucretur tertiam partem pene, et accusator duntaxat teneatur secretus, sed tantum nomen testis veniat in publicum,

De pœna non solventis datia possess. cap.º xi

Quia fraudes multe comitti solent in solutione datiorum per homines non habitantes in Castro Baschij quando veniunt in territorio ad laborandum in preiudicium Dnorum, quo circa statuimus et ordinamus quod terrigena vel forensis in tenimento dicti Castri terras alicuius laboraverit licet in Castro non habitet si datia et alia gravamina sive in possessionibus que in illis terris et possessionibus quas laborat, imponentur per dnos dicti Castri, non solveret infra terminum quindicim dierum postquam sibi fuerit intimatum de solvendo xx sol. pœnam se noverit incurrisse, et nihilus datia et gravamina imposita non evitet, Immo ea omnino solvere compellatur, et interim donec datia persolvantur liceat unicuique in dictis terris et possessionibus cum bestijs pascuare sine aliqua pena vel dam̃i emendatione,

De favore Potestati dando cap.º xij

Ardua maleficia comictentes curiam audent aliquando negligere ut capi nequeant sine periculo vel offensa officialis, e(t) propter statuimus et ordinamus pro Curie favore et in odium malefactorum

Et Consiliarij et Camerarius teneantur et debeant in arduis malefitijs et rebus grauibus ad omnē petitionē siue requisitionē Potatis uel eius Vicarij sibi consiliū auxiliū et fauorē prompte prestare custodes quoque siue guardie simil(ite)r teneantur ad sequendum fauendū et auxiliandum eisdem Potati et offitialibus contra p(redic)tos malefactores uel inobedientes Ita et tali(te)r q(uod) Potestati et Curie parere et obedire omnino compellatur sub uinculo prestiti Juramenti et pena l(ibrarum) (decem) Sol(idorum) pro quolibet contrafaciente uel negligente uice qualibet incurrenda, q(uod) aut malefitiū arduū fuerit aut que res esse graues intelligantur, propter que Potās uel eius Vicarius a p(redic)tis auxiliū et fauorē requisiuerit, uolumus q(uod) tūc in facto uel in continenti cognoscatur, quia periculū in mora esse posset, sed postea per arbitrium Dnōrum declarari uolumus,

De pena uindemiantis ante tempus cap. xiij

Vindemiare siue uuas cū salmis colligere uel portare ante festū sancti Angeli de mense septembris si quis ausus fuerit sine licentia Potestatis et Consiliariorum (decem) lib. penā uice qualibet se nouerit incurrisse cuius pene medietatē cōmuni applicari uolumus alterā uero dimidiā Potestati uel eius Vicario executionē integrē facienti, nec propterea quomodolibet derogare intendimus statutis dandorum datiorum dicti Castri,

De pena rumorē facientis sine alicuius iniuria cap. xiiij

Futuris erroribus obuiantes Statuimus et ordinamus q(uod) si quis rixauerit alta uoce garriuerit, aut altis uocibus rumorē fecerit per iracundiam absque eo tamen q(uod) alicui minatus fuerit siue minatoria uerba et iniuriosa protulerit contra aliquam personā (decem) Sol. pena(m) uice qualibet qua sibi per aliquem fuerit dictū de tacendo uel silendo incurrere declaramus,

Si quis tamen sic ut supra derixando prohibitus tacere neglexerit, et sibi Potas uel eius Vicarius tacere preceperit, ea quidem pena puniatur, quã Potas ei imposuerit pro arbitrio suo secundũ formã Statutorum, Si quis autẽ in platea Cõis uel prope ecc.am gridauerit siue rumorẽ fecerit quando missa uel diuina officia celebrantur penã xxv. sol. uice qualibet persoluere omnino compellatur et quod Potas ex arbitrio nõ possit remictere talem penã sub uinculo prestiti Juramẽti, et sue conscie grauamine,

De pena impedientis facere pignus cap.o xv.

Ordinamus quod si quis se opposuerit castaldo aut Potatis officialibus uel nuncio uolenti facere pignus aut executionẽ sibi comissam contra aliquem ex quacumque causa fuerit pena x. sol. si uir fuerit se nouerit incurrisse, si uero fuerit femina dimidia pene p.te puniatur uice qualibet, si autẽ proprie persone potatis uel eius Vicarij exceptis his siue pignorare uolentis se opposuerit aliquis dupli pena sup.ta puniatur, Et nihilus in omni casu pignus dare omnino compellatur, Volumus quoque simili pena puniri quemlibet qui pignus dare seu concedere aut executionem facere denegauerit uice qualibet, minorẽ uero xiiij annorum ad penã aliquã in p.tis declaramus nõ teneri,

uide supra fol. 12. sub hoc signo * quod est pena arbitraria contra opponentes facere pignus.

Quod res et pecunie Cõmunis restituantur Camerario cap.o xvj

Statuimus et ordinamus quod si aliquis de scindicatoribus rationibus Consiliarijs, Massarijs, Camerarijs et alia quecumque persona reperta fuerit habere peunias Cõis uel alias quascumque res mobiles teneatur et debeat infra terminũ triũ dierum postquam fuerit ei reuisa ratio et factus cũ eo computus, aut postquã sibi fuerit factũ preceptũ quod debeat Camerario Cõis integraliter remictere uel restituere si negligens

fuerit uel recusauerit de x sol. pena puniatur uice qualibet, et nihilus dictas res et pecunias in duplum restituere ac remictere compellatur,

De pena derivantis aquas à proprio et naturali cursu cap. xvij

Statuimus et ordinamus prohibentes q nemo debeat extra suu derivare uel alienu impedire aquas de eaz cursu antiquo et consueto sub pena xx. sol. pro quolibet contrafaciente uice qualibet, antiquum aut cursu aquaz esse declaramus, per quem continuo p(er) triennio aque fluxerint p(ro)x(imi), et nihilus de facto contrafaciens in pristinu et consuetu statu et cursu reducere compellatur,

De pena neglegentis facere guardiam cap. xviij

Custodiam siue guardiam sibi impositá seu preceptá in dicto Castro facere si quis neglexerit aut fefellerit, statuimus q penam quinq sol. incurrat uice qualibet de die et x. de nocte, et licitu sit in his casibus Potati uel eius Vicario mittere aliu in custodem idoneu in loco deficientis illius, si uisu sibi fuerit expedire expensis illius facere custodiá negligentis, si uero aliu Potas no subrogauerit loco deficientis compellere teneatur et debeat sub uinculo Juramti dictu custodem fallente ad dictá custodiá de die seu de nocte sequenti prout erat de die uel de nocte sua ordinata custodia, quá fefellerit et facere neglexerit, Si quis aut custos siue custodia uel guardia in loco et in tempore deputato no reperiatur, punctari sancimus per offitialem reuideriem et puniri decernimus infrascripta pena videlz domiane usq ad tertiam soluat pro punctatura den. iiij, siue unu quatrinu, de tertia

ad nonā dñi item iiij, et puniatur non repertus, à nona vero ultra puncta volumus et reputari pro custodia penitus fallita si nō reperiatur, de sero aūt sive de nocte si quis custos iverit ad locū deputatū et postea ibi discesserit ante diem clarificatū aut nō iverit x. sol. penā incurrat, si vero de sero bona hora consueta ad locū sibi ordinatū non iverit unū sol. pro pena soluat, teneatur tamen Potis facere revisionē ter de die et bis de nocte, declaramus insup. q̄ quilibet custos sive guardia teneatur et debeat ire quocūq. Potas vel eius Vicarius preceperit pro interesse vel utilitate cois sub pena x. sol. pro quolibet contrafaciente incurrenda, decurio vero sive castaldus aut capudece si custodiā sive guardiam non preceperit sive pronominaverit illū cui tangeret ex negligentia sive oblivione quinq. sol. pena pro qualibet custodia sive guardia neglecta vel oblita puniatur, et credatur iuramento ipsius decurionis, castaldi, vel capudece si preceperit sic vel ne, nisi aliter veritas probari possit,

De pena nō euntis in opera Cois cap.º xix

Statuimus et ordinamus q̄ si quis iussus fuerit ire ad opras Cois puta vias publicas reparandas sive aptandas ad muros Cois reparandos, ad fossos cavandos sive muniendos et his similia et nō iverit x. sol. si cū bestia iussus fuerit, et quinq. sol. penā incurrat si sine bestia pro qualibet, nisi iusta et legitima causa excusetur, et nihilominus ad dictā oprā reficiendā teneatur sub eadem pena, Pecunias aūt exigendas ex dictis opris non prestitis per recusantes seu negligentes venire ad opera Cois volumus expendi in collatione facienda pro illis, qui in dictis operis laboraverint et in ipsorū commodo et consolatione reverti,

De festiuitatibus custodiendis cap.° xx

Dies festos quos solemniter custodiri et ab operis abstineri Potestas omnino faciat habitantes d.ti Castri in statutis etc. decreuimus v3

Q. fontes purgentur cap.° xxi

Pro Comuni omnium usu et utilitate statuimus quod semel ad minus pro quolibet anno de mense Aprilis vel Maij Potestas vel eius Vicarius sub uinculo praestiti Juramenti et pena xx sol. teneatur et debeat mundari facere et purgare omnes fontes existentes in territorio Barchij qui sunt isti v3 hoc modo, fontem Cappanneti, et fontem nucolani purgari et mundari faciat per uicinos et adiacentes sub pena Potestatis arbitrio imponenda contra Inobedientes,

De Terris signandis pro fine cap.° xxij

Feni sive straminis penuria nos inducit ordinare et statuere quod quilibet possit signare sive giffare de suis cultis et proprijs terris et per spatium et mensuram duarum salmarum ad sementum pro feno ibidem faciendo pro bestijs in quibus cultis et terris si quis damnum dederit puniatur ac si in gra[n]nis damnum daret vel alio blado. De terris autem incultis curie liceat cuilibet laboratori signare pro mensura tritici quatuor vel ad plus in locis tamen aptis ad faciendum fenum duntaxat, et aliter damnum dantes in illis pascuando vel aliter volumus non puniri, tamen videri declaramus dominus loci per iudices Comunis si sit locus aptus ad fenum faciendum,

Quale vinum vendatur ad minutum cap.° xxiij

Sancimus prohibentes ne quis audeat vel presumat vinum vendere ad minutum sine licentia Potestatis et sine mensuris sigillatis vel signatis per Potestatem vel eius vicarium, et insuper ordinamus, quod mensure debeant confirmari cum mensuris anni Civitatis Viterbij, Volumus tamen quod eo pretio, in quo fuerit vinum venditum a principio de eadem vegete cariori pretio vendi non possit sub pena x sol. pro qualibet contrafactione vice qualibet in qualibet predictorum casuum,

De pena occidentis bestias vel pullos alienos cap.° xxiiij

Si quis bestiam grossam alienam occiderit x lib. pena puniatur, si vero percusserit, vulneraverit, magagnaverit, centum sol. penam incurrat, Bestiam vero minutam si quis occiderit alienam xl. sol. pena puniatur, Si vero vulneraverit percusserit, magagnaverit xx sol. penam incurrat, Anseres autem anates sive pullos columbos alienos vel alterius generis aves domesticas alienas si quis occiderit quinque soldorum

pena puniatur pro qualibet uice, et in omni casu emendare dam-
num patrono compellatur,

De pena intrantis aliunde quam per portam cap.o xxv.

Capitali pena lex punit per muros Civitatis intrantes nemini pro-
fecto uenia tribuens, quia fraterno muri maduerunt sanguine primi
romanorum, Hos autem mitius agentes pensatis personarum et loci circum-
stantijs statuimus quod si quis ausus fuerit descendere uel ascendere
exire uel intrare per muros dicti castri aut aliunde quam per portam
siue per usitatas porticellas, sine licentia Mag.corum dominorum Potestatis et Consi-
liariorum xxv. lib. pena uice qualibet se nouerit incurrisse sine aliqua di-
minutione,

Quod malifactores capiantur cap.o xxvj

Malifactorum audaciam refrenantes statuimus et ordinamus quod unicuique
liceat fures latrones aut alios quoscunque publicos malifactores capere
et Curie siue offitialibus presentare, si pena ipsorum malifactorum esset per-
sonalis aut pecuniaria a l. lib. sup.a Capientes quoque tales malifac-
tores uolumus quod lucrentur a Civitate lib. quinque den. pro quolibet male-
factore quem ceperint, et Curie siue offitialibus presentauerit de p.tis

Quod Porci non uadant per Castrum cap.o xxvij

Ordinamus quod bestie porcine a duobus mensibus supra non debeant
permicti de die uel de nocte ire et ambulare uagantes per dictum Castrum
ab ipsorum patronis sub pena quinque sol. pro qualibet bestia porcina, euntes

57

tamen et redeuntes de foras, aut si de una domo ad altera perducantur, aut si in uia dictę bestię retineantur tantũ temporis quantũ patronus eisdem dederit ad comedendũ uolumus ad dictã penã non teneri in p.tis casibus,

De pena porcorum potantiũ in fontibus aptatis cap. xxviij

Porcinas bestias si quis abiueraverit in aliquo fonte aptato ad bibendũ pro personis et hominibus in districtu et territorio dicti Castri penã incurrat sol. quinq pro qualibet bestia porcina,

Q.d forensibus nõ liceat emere mercãtias p reuẽdendo, cap. xxix

Mercantias aliquas nemo emere possit a forensibus uenientibus ad Castrũ pro reuendendo, antequam dictę mercãtię uenales steterint in d.to Castro per duos dies, prout sunt pisces nuces oleũ, sal. castaneę, cope uasa, folia, legumina, poma, et alia quecunq his similia, et hoc sub pena xl.ta sol. pro qualibet contrafaciente incurrenda, et quilibet possit accusare cũ iuramento, et credatur iuramento accusatoris et lucrari debeat accusator sextã partem pęnę, Prohibemus et dictas res et mercãtias uendi posse alibi q in platea dicti Castri postq fuerint intromisse sub pęna xx sol. sine licentia Potestatis uel eius Vicarij et Consiliariorum liceat tamen forensibus dictas mercãtias portare et extrahere per d.m Castrũ et extra sine aliqua solutione uel pęna, Volumus etiam q forenses non possint p.ta ad minutũ uendere, nisi eo modo et forma et pro eo pretio quibus fuerit ordinatũ, et concessa licentia per Potestatem et Consiliarios sub pęna quinq sol. uice qualibet a contrafaciente incurrenda,

De formis et Sciaequatorijs no' fiendis in dan̄um alterius cap.o xxx

Statuimus et ordinamus q' si quis formas siue sciaequatoria seu sciacquaiales inustitatos fecerit et immiserit in possess.em alterius teneatur et debeat remouere et aptare, ut uicini poss.on in aliquo no' dan̄ificet infra terminu' xv. dier. postq' sibi fuerit per uicinu' facta notitia requisitio uel monitio sub pena xl.ta Sol. pro quolt contrafaciente uice qualibet, et de tali notitia, requisitione uel monitione facta cre'datur sacramento uicini requirentis cu' uno teste idoneo, et nihilominus remouere et aptare compellatur dicta' forma' siue sciacquatoria' ut alteri no' preiudicet, et dan̄um emendet dan̄um passo eius sacramento declarandu' usq' in xx sol. et usq' in xxx sol. cu' uno teste credatur, cu' duobus aut' testibus idoneis in omni quatitate cre'datur, quatinus estimanda dan̄um passo,

In quibus aquis et gomphis no' liceat macerare linu' cap.o xxxi

Bonis rationibus moti statuimus q' nulla persona audeat mictere linu' uel canapa' ad macerandum in
sine licentia Potatis, nec et in piscina siue gompha alicuius sine licentia' patroni sub pena xxx sol. pro quolt contrafaciente incurrenda, et nihilus patrono pisine uel gomphe liceat impune linu' siue canapam sine sui licentia missa extrahere, Volumus tamen q' nulli liceat pan̄os lauare in gompha siue Pisana aliena quando linu' siue canapa esset intus ad macerandu' sub pena quinq' Sol. uice qualibet incurrenda pro quolibet contrafaciente, et dan̄u' si quod intulerit emendare patienti,

58v

Extraordinariorum

In quibus locis nō liceat proiicere immunditiā cap.° xxxij

Q. nemo in ecclesia approprijet sibi locum cap. xxxiij

Quia sepe propter mansiones et loca sedenda in ecc.is presertim tempore divinorum officiorum rixari et ipsa officia impedire facile posse comprehendimus, ideo statuimus obviantes q. nulla persona cuiuscumque gradus vel conditionis existat, exceptis Mag.cis dnis et Potestate dicti Castri locum aliquem sibi proprium in ecclesia approprijare audeat vel presumat, sub pena x sol. vice qualibet incurrenda,

Quales possint esse fenestre in muro Cōis cap.° xxxiiij

In muris castellaribus Cōitatis hostia vel finestras nemini licere sancimus de futuro facere, et si quis de presenti vel futuro fecerit vel habuerit debeat statim murare vel murari facere, ita et taliter q. omnis penitus suspitio cesset, et ferramenta debeant esse distantia unum

ferru ab altero per medium pedem ad plus pro qualibet parte dictarum fene-
stre et ferramentorum in dictis fenestris existentium, declaramus autem quod in
predictis muris Civitatis nullo modo liceat fieri, seu facta stare possint
hostia uel fenestre nisi sint alte et eleuate a parte interiori et a
terra ultra duodecim pedes ad mensuram Cois sub pena x. libr. pro
qualibet fenestra uel hostio incurrenda per quemlibet contrafacientem,

De Prosfrlis super uia Cois cap. xxxv.

Super uia publica et comunalem ab utraque parte uie statuimus
nemini licere edificare siue prosferli facere siue aliquod aliud ge-
nus edificij, aut factum retinere de lignamine uel alia quacumque materia
sine expressa licentia Magnificorum dnorum petita et obtenta sub pena demolitio-
nis suis sumptibus et expensis et xx. lib. pro quolibet contrafaciente incur-
renda, et nihilominus in casu obtente licentie de edificando super uia publica
de una domo ad alteram ab utroque latere uie, declaramus fieri non posse
nisi de presentia et consensu Potestatis et Consiliariorum dicti Castri ele-
uati in altum a terra in uia publica ad minus decem pedes ad Cois mensuram
sub dicta pena xx. lib. incurrenda pro quolibet contrafaciente, Si quis autem
habuerit siue fecerit prosferlum edificium siue supra uia in et rus uia
Cois in tota uia uel in parte, teneatur et debeat illud facere cum astrico
incalcinato uel terrato aut alio munito quod aliqua immunditia aut aqua
et puluis cadere non possit subtus uia et in uia sub pena predicta et tamen ap-
tari compellatur ut supra dictum est,

De pane coquendo cap. xxxvj

Negligentia que lata culpa est et dolo comparatur siquis inarto

sua cõmiserit lege testante tenetur offenso ad interesse et damna

Fortius igitur in pane quo vivimus coquendo statuere libuit in fornarijs

panem coquentibus, quod si qua persona panes coquendi faciens exercitum

bene et sufficienter coquere sine aliqua fraude et cũ diligentia teneatur

Si tamen coquentis fornarij culpa vel defectu aut negligentia aliqua

persona dãnum aliquod in pani pateretur sive in furno sive extra

furnũ penã xl. sol. fornarius incurrat, et dãnum panis emendet

sacramento Dñi panis estimandũ, Declarantes Insuper quod debeat panes coquere cuicunque persone petenti quibuscunque diebus et temporibus

exceptis festivitatibus dominicalibus Nativitatis, Pascatis resur-

rectionis D. N. Jesu Xpi, ac Penthecostes, necnon Assumptionis Virgi-

nis Marie de mense Aug.ti, et Annunciationis de mense Martij sub

s.ta pena,

De mutatione nominis cap.o xxxxvij

Propriũ nomen si quis interrogatus à Potestate vel eius Vicario vel

Castaldo dicere recusaverit, seu falsũ nomen vel aliud diversũ dixe-

rit, aut nomẽ suũ mutaverit vel negaverit pena xl.ta sol. punia-

tur vice qualibet sine ulla diminutione,

De pena facientis malam mensurã cap.o xxxxviij

Mensurã vini, olei, aceti, leguminis et bladis maximi vendentium

ad minutũ, si quis plenas mensuras nõ dederit emendi, quinque

sol. pena puniatur pro qualibet mensura, et quilibet possit accusare cum

Juramento, et tertiã partẽ pene lucretur, et quod vendentes vinũ et oleũ

teneantur mensurare cũ mensuris Justis, videlicet cũ mensuris ponderis

septuaginta unciarum,

De pœna capientis animal de laqueo alieno cap. xxxix

Leporum, vulpium, mardulam et alia quecunq animalia aut aves vel volucres si quis acceperit de laqueo, tagliola, retibus aut ex alio quocunq artificio vel ingenio ad capiendum animalia vel aves facto per aliquem invito patrono laquei vel artificij d'nificati, penam x sol. pro qualibet bestia aut ave quam acceperit, si noverit incurrisse et d'anum emendet in duplum d'no laquei d'nificato, nisi eodem die animal vel avem acceptam patrono reddiderit, d'nini aut d'num semper intelligimus nisi certificatus fuerit per duos dies continuos, et d's quilibet possit cum iuramento accusare et quartam partem pene lucrari debeat,

Q. removeantur impedimenta de locis publicis cap. xl.

Loca et vias publicas in castro si quis occupaverit sive impediverit aut in illis bancos, saxa, scanda, lignamina vel aliqua alia quecunq impedimenta dictarum viarum retinuerit sine dimonstratione et utilitate edificandi et illa in edificia ponendi xx sol. penam si noverit incurrisse, si talia impedimenta non removerit spatio unius mensis postquam sibi fuerit notificatum per bandimentum factum in genere per dictum Castrum q impedimenta removeantur de viis et locis publicis aut q factum fuerit per Potestatem vel eius Vicarium aut per aliam privatam personam coram uno idoneo teste rogatitus, si quis vero saxa calcem arenam aut lignamina seu alia quecunq preparamenta causa murandi vel edificandi posuerit vel retinuerit,

in dictis viis et locis publicis, quod si finitis siue transactis quatuor mensibus dictas materias, impedimenta et prepara-menta non expediuerit eadem pena xx sol. omnino puniatur, et nihilominus praedicta impedimenta remouere compellatur, nisi licentia per Mag.cos dominos dicti Castri sibi fuerit concessa trabem vero aptam ad sedendum nolumus haberi pro impedimento,

De pena proicientis lapides in tecto alieno cap.º xli

Si quis maior annis xiiij lapides vel saxa proiecerit in et super tectum alienum, quinque sol. penam incurrat pro quolibet lapide vel saxo, et damnum compellatur emendare damnum passo eiusdem damnificati sacramento aestimandum,

De pena non soluentis datia in annum cap.º xlij

Statuimus et ordinamus quod si quis ex possessione quam possidet datium non soluerit infra unum annum, quod si in termino xv dierum postquam sibi fuerit notificatum et significatum siue per bandum publice fuerit proclamatum quod quilibet debeat soluere omne datium soluendum pro talibus possessionibus sub pena dupli pro dimidia Comunitati applicanda et pro alia dimidia Potestati vel eius Vicario executionem facienti, et nihilominus talem possessionem debeat ponere in catasto in eius libra infra terminum xv dierum sub dicta pena, si vero infra dictum terminum talem possessionem in eius libra et catasto describi et poni facere neglexerit, Comunitati dicti Castri decernimus applicari ipso facto, et vendi debeat per

Syndicum Cõis pro ut melius et utilius sibi uisum fuerit et tale preciũ in Cõitatis utilitaté conuertatur,

Q mulieres non uadãt ante hõies in pcessionibus cap. xliij

Pro maiori deuotione Populi atq mulierũ honestate inducenda ipsarũq petulantia refrenanda, Statuimus qd quando fuerint aliques letaniẽ siue processiones, uel quando defertur corpus D. N. yhũ xpi, aut Imago gloriosẽ Virginis Mariẽ intus uel extra dictũ Castrũ nulla mulier siue femina à xij annis supra, cuiuscumq conditionis extiterit preter Mag.cas dnãs mulieres uxores, sorores, filias neptesq Mag.corũ dnõrũ dicti Castri audeat uel psumat antecedere homines, siue inter homines ambulare, quinimo debeãt penitus ire post eiones et retro post omnes homines accedere sub pena quinq Sol. pro qualibet incurrenda, Processiones autẽ esse intelligantur omnes illẽ que de mand.to episcopi Diocesani uel eius Vicarij uel quẽ precepte fuerint ab eccl.a necnõ et omnes aliẽ deuotiones siue letanie, quẽ fierent per intus et extra dictũ Castrũ occone rogandi Deũ et sanctos eius pro pestilentia amouenda pro pluuia siue aquis de celo inducendis siue mitigandis, pro finibus pugnandis, aut alijs quibuscũq causis, occasionibus, et necessitatibus occurrentibus per tempora, quando sacerdotes pbriq presentes erunt, ac ibunt ad p.tas processiones et letanias celebrandas, Et nihilominus Statuimus in p.tis, qd Potãs uinculo Iuramenti inquirere ac procedere teneatur et tertiã partem pene p.te omnino luentur,

61v

De pena mcighiantis in loco prohibito cap. xliiij

Linum uel canapam siquis mcighiare uel amandare fuerit ausus in Castro uel intra fossos, aut intra portas dicti Castri x Sol. pena uice qualibet puniatur, Simul prohibimus sub d.ta pena focū siue ignem fieri noctis tempore per uias et stradas dicti Castri sine licentia Potestatis aut Consiliariorū nisi in festo S.ti Joannis di mensis Junij, Volumus tamen q. de Potēs uel eius Vicarius in tempore mcigliandi faciat bandiri sub uinculo prestiti Juramenti, et ad penā procedere alr minime possit,

De pena portantis aratrū per uias publicas cap. xlv

Viar. publicarū deguastatio cū aratro nō sine incōmodo transeundi nos inducit adordinandū, q. si quis aratrū siue cultrū per uias publicas portauerit, quo mediante dicte uie cauarentur, siue quomodo lederentur pro impedimento ambulantiū per eas x Sol. puniatur uice qualibet, et uiā predictā aptare omnino compellatur,

Que teneantur facere molendinarij oliuar. cap. xlvj

Statuimus q. oliuar. siue olei Molendinarij omnes et alie persone ad oliuas macinandas deputate, teneantur et debeāt ea cū omnibus massaritijs conuenientibus et necessarijs

retinere bene munda tersa pulita, et sufficientia, Itaque volentes macinare olivas et oleu facere in dictis molendinis damnum aliquod vel incomodu no recipiant, Et si dicti molendinarij fraudem aliquá vel negligentiá comitterine in d.ta arte quá fideliter legaliter, et bona fide debeat exercere xl. sol. pená incurrat vice qualibet contrafaciens, et dánum emendare in duplum compellatur dánum passo. Prohibemus insuper ne quis olea tas aquas sive cu oleo mixtas vel deturpatas audeat quomlt in stratis publicis proicere sive in vicinalibus aut alijs quibuscunq locis publicis intus dictu Castru sub pena xx sol. pro quolt contrafacienti incurrenda/

De sciacquatorijs et trasceis ppe muru Cois cap. xlvij

Ad preservatione muroru Cois inter cetera alia sequoz sancimus et statuimus q quilibet persona habitans in dicto Castro prope murus Cois et prope sive iuxta eius domum et habitationem extaret aliquod sciacquatoriu et locum habilem haberet ad aquá transfundá debeat illud aptum retinere, ut prox.o murus Coitatis nullu damnu sive incomodu recipiat sub pena xx sol. Trasciá vero sive aquaz reddi nantiá si quis fecerit prope muru Cois, aut in aliquo casalino vel domo, unde veniti mli muris Cois fuisset damnificatus Centu sol pena puniatur, et quilibet possit eum accusare cu iuramento, et teneatur secretus, et habeatur quartam parte dicte pene, et aliá quartá Potus habeatur

vel eius Vicarius si executionẽ fecerit. Dimidiũ vero Cõi volumus applicari, Decernimus insuper q custodes et extimatores Cõis teneantur ad minus semel quolt mense sub uinculo Juramenti requirere et cũ diligentia considerare omnia scia[?] aquatoria existentia in muris Cõitatis, Ita et taliter q aquæ ex parte interiori dictorũ murorũ non congregentur adeo et taliter q murus Cõis lædatur sub pena x sol. pro quolt custode mense quolibet, et si ibi Juenerint aliquã aquarũ adunationẽ vel alicuius rei dicti muri quomlibet lædentis teneantur et debeant illud quod Juenerint Potati vel eius Vicario nũtiare sub dta pena. Et si Potas vel eius Vicarius negligens fuit in perquirendo et exequendo con delinquentes in pena centũ sol. tempore sui sindicatus puniatur. Volumus tamẽ ad omnẽ in ptis tollendã excusationẽ, q Potas vel eius Vicarius in po mense sui regiminis vel offij premonere teneatur dos Cõis custodes et extimatores de ptis sub dtis penis,

Quomodo res et bona Dnorũ et Cõis stabilia capiat vel retineat cap. xlviij

Statuimus q quicunq quomlibet res et bona stabilia Dnorũ et Cõitatis occupauerit, vel sine iusto titulo possederit debeat illa declarare et assignare Dnis et Cõitati infra terminũ unius mensis à die confirmationis seu publicationis prntium statutorũ computan. sub pena xxv. libr. pro quolt contrafaciente incurrenda, Si quis aũt in futurũ

aliquis quesitu colore aliquam rem stabilem Cois intus vel ex in territorio dicti Castri acceperit vel occupaverit ea fructando et possidendo, eamque sua et pro sua debeat illam dicto Comuni relaxare infra unum mensem computandum a dicto die quo coepit possidere sub dicta pena, si vero infra dictum mensem occupator talium bonorum ea relaxare neglexerit vel recusaverit, et postea ad mandata Potestatis vel eius Vicarij aut Syndici Comitatis vel Consiliariorum infra terminum quinque dierum postquam fuit sibi preceptum de relaxando, non relaxaverit, dupli pena puniatur, et nihilominus in omni casu res et bona predicta occupata restituere Comitati compellatur, cuius pene quartam partem Potestas executionem faciens lucretur, Reliquum vero Comitati applicari volumus,

Quod pelles et coria non extendantur in locis publicis cap. xlix

Coria et bestiarum pelles nemini in locum permictimus extendere in platea Cois seu vijs publicis dicti Castri, aut in loco unde fetor posset hominibus obvenire sub pena quinque sol. pro quolibet contrafaciente incurrenda, et quilibet accusare possit et credatur cum iuramento, Similiter prohibemus linum et canapam in dictis locis extendi sub dicta pena,

De pena non solventis datia in tempore cap. L.

Datia non solventes in tempore illius Camerarij cuius tempore

63v

fuit imposita et ipsi alligeri ceperit solvi teneantur quarti plus eius quantitatis impositae, et Rotis volens vicarius dicti quarti, et duos soll. lucentur procedentione quam recente pro quali libra totius qualitatis quam delinquens solvere deberet/

De pena procurantis contra dominos et civitatem cap. Li

Malorum audaciam refrenantes, et ipsorum pessimum cogitatum, ne aliquem consequatur effectum, decernimus quod nulla persona cuiuscumque sit conditionis aliquo quesito colore vel causa directo vel per obliquum audeat vel presumat modo aliquo vel ingenio dicere vel proponere attentare advocare, procurare, obijcere allegare, consulere vel aliquod quodlibet operari contra privilegia bullas Immunitates Instrumenta, scripturas, et Iura Dominorum et Communis per se vel per alium sub pena xxv libr. pro quolibet contrafacienti vice qualibet Incurrenda;

Quod Plantanti vineas in terris Curiae, et domum fundanti concedatur opera una pro festo cap. Lij

Quia sub debili capite languescunt membra et membrorum operatione merito decet caput coadunari Idcirco ordinamus quod homines et persone dicti Castri teneantur et debeant pro quolibet foco suo fumante plantare sive plantari facere duodecim operas vineae, et quinquaginta olivarum plantones in et super terrenis et possessionibus Curiae per Magnificos dominos

nouz per spatiu temporis trium annoz sub pena x. lib. pro quo-
libet foco siue focario contrafaciente, et tamen uineā et dictas
oliuas omnino plantare et ponere compellatur, et de illis de-
bitū et consuetū terraticum Mag.cis dnis uel eius futuro tempore
congruo respondere. Statuimus insuper uolentes studiosis et
sollicitis personis aliquatr auxiliari in nouis operibus domoz
et uineaz faciendis quicunq persone que uoluit domum
aliquā fundare seu uineā et oliuas plantare in locis terris
et poss.bus Curie ut supra dictū est, concedatur et concedi debeat
una opera pro quolibet foco siue focario dicti Castri cum
bestia uel sine prout melius uidebitur Consiliarijs p tpora
existentibus ordinanda.

De pena uitiantis aliquid in pnti Statutoz uolumine cap. liij

Ad euitandū fraudes et scandala que quotidie committi possent
pnti lege prohibendo sancimus q Potas uel eius Vicarius aut ali-
qua alia quecunq persona, cuiuscunq conditionis extiterit quacunq
de causa iusta uel iniusta siue colorata, nō audeat uel presumat
aliquid immutare, innouare, lacerare, cassare, radere, addere
diminuere, abolere, uitiare, deturpare siue maculare aliquam
licam sillabā, siue dictionem, uersum siue seriam uel orationē
uel aliquid aliud in pnti libro, et uolumine statutoz sub pena
L. libr. pro quolibet contrafaciente incurrenda, et insuper
ordinamus q Potas finito eius offo teneatur et debeat sub
uinculo Iuramenti et pena xxv. libr. dictu hoc uolumen et
librū Statutoz rassignare et restituere integrū et illesū

ac in nulla sui parte modo aliquo vitiatu(m) sive suspectum
Consiliarijs et officialibus dicti Castri, Simul quoq(ue) prohibe:
mus q(uod) nulla persona terrigena vel forensis cuiuscumq(ue) condi:
tionis extiterit, audeat vel presumat aliquo quesito colore
vel causa exemplare sive copiare aut scribi vel copiari face(re)
de hoc p(rese)ns statutor(um) volumen sive libru(m) in totu(m) vel in parte(m)
sine expressa licentia Mag(nifi)corum d(omi)nor(um) et Consiliarior(um) ac Potestatis di(cti)
Castri pro tempora existentium, nisi dumtaxat aliquod capitulu(m)
sive particulam ipsius pro evidenti necessitate copiantis seu copiari
facientis, v(idelicet) pro habendo consilio super aliqua dubitatione et pro
argumentatione probationu(m), et defensionu(m) suoru(m) Iuriu(m) in causis
quibuscumq(ue) cora(m) Iudicibus sive arbitris vertentibus, sub pena xxv.
libr. pro quolibet contrafacienti incurrenda.

De monetis solvendis quomodo intelligantur cap. liiij

Quonia(m) supra in p(rese)nti statutor(um) volumine multifaria(m) multisq(ue) mo:
dis de solutionibus pecuniar(um) diversimode faciendis mentionem
fecimus per denarios, per libras per soldos, et saepe dubitari pos:
sit quomodo denarius, libra, soldus, intelligatur, quocirca qui:
cumq(ue) supra vel infra in p(rese)nti statutor(um) volumine sive libro denarius
nominatur, intelligi semper de uno denario parvo de uno obolo
picciolo, sive bagattino, hoc est minima moneta de ramine que
reperiatur in usu per Italia(m), et in Curia Romana, et quatuor
denarij h(uius)m(od)i unu(m) quatrinu(m) constituunt, et denarij duodecim: s(eu) tres
quatrini, unu(m) sol(dum), et quatuor quatrini faciunt unu(m) bononenu(m)
idest baioccu(m), sol. aute(m) viginti faciunt una(m) libra(m) denarior(um)
et sic faciunt bononenos sive baioccos papales de argento
duodecim, Itaq(ue) una libra denarior(um) Continet xij bononenos

sini baiocchos de argento, vel eius valore, et sic denarii decem
quatrenii, bonon. sive baiocchi, et libr. denariorum et computorum va-
lore in presenti Statutorum volumine in futurum intelligi declaramus,

Damnor. Dator. liber V.

De officio Potestatis et officialium super damnis datis cap. i.

Habeat Potestas vel eius Vicarius Jurisdictionem plenariam et arbitrium audiendi, cognoscendi, terminandi secundum formam statutorum Communis super omnibus accusis denuntijs, et querelis factis, habitis de et super damnis datis in dicto Castro vel eius districtu contra omnes et singulas personas et bestias, sive animalia, que deliquerint, et in culpa esse reperta in presentis et preteritis questionibus, sumarie simpliciter et de plano, sine strepitu et figura Judicij, sola facti veritate inspecta, et non obstante omissione forsan solemnitatis et substantialitatis alicuius Judiciarie procedendi in diebus feriatis et non feriatis, et de jure concedendis, possit in quoscumque damnum dantes procedere per viam inquisitionis, accusationis et denuntiationis, et debeat de omnibus Potestas libri facere et eius scripturis fides adhibeatur, si notarius fuit, sicut publicis et authenticis scripturis, possit et procedere in damnis datis commissis infra duos menses ante tempus sui officij, de quibus per eius precessorem non fuerit processus incohatus aut non finitus et prosequi debet.

De modo et forma procedendi contra damnum dantes cap. ij

Bonum et rationabile arbitrantes statuimus et ordinamus quod Potestas vel eius vicarius debeat contra quascumque personas accusatas denuntiatas, vel inquisitas de et super aliquo damnodato ad citationem

Damnorum datorum

procedere principaliter et eos citari facere saltim una die
pro altera cum cedula continente qualitatem delicti et
tenore accusationis denunciationis vel inquisitionis cum nomine
accusatoris per castaldum Communis et ipsis accusatis denuntiatis, inquisi-
tis per castaldum sic requisitis non comparentibus detur et assignetur
terminus trium dierum ad comparendum coram Potestate vel eius vicario
facturus mandata et ad se excusandum et defendendum super his
de quibus accusatus denuntiatus vel inquisitus sive cedula-
tus extiterit, et talis denuntietur per castaldum personaliter si haberi
poterit, alioquin ad domum et familiam eius solite habitationis notifice-
tur cedulam ibidem dimittendo qui quidem sic citatus ut super si
in dicto termino non comparuerit pro reo contumaci habeatur
ac si confessus ac convictus fuisset de et super his de quibus
contra ipsum proceditur, et eius condemnationem procedatur
secundum formam statutorum nostrorum, Comparentibus autem predictis accusatis
denuntiatis inquisitis et allegantibus legitimam habere excu-
sationem detur terminus quatuor dierum ad probandum omnes ipsorum excusatio-
nes, contra quos deficientes in probatione legitima ad condemnationem
et exsecutionem pene pro tali delicto sive damno ordinate
Potestas procedere debeat, necnon et ad debitam emendam damni pa-
trono reficere compellatur prout sibi Potestati videbitur ex-
pedire secundum formam. Et in diebus eiusdem termini probatorium
habere intelligatur accusator denuntiator vel inquisitor,
Declarantes quod in damnis datis contra aliquem procedi quilibet non possit
post triginta dies numerandos a die illati damni, et Potestas
teneatur et debeat processum et causam damnorum datorum expedire
per sententiam vel condemnatoriam vel absolutoriam infra terminum unius
mensis continui numerandi a die initiati et probati processus

aut facte accusationis, et denuntiationis sub vinculo prestiti iuramenti, et pena quam veniret condemnandus inquisitus vel condemnatus, volumus tamen quod ad sententiam faciendam omnino partem citari, nisi forsan de partium voluntate processerit,

De custodibus seu guardianis facien. cap. iij

Ut quilibet magis accurate damnum dare valeat evitare, statuimus quod quolibet anno in Kalendis Januarij Consiliarij una cum Potestate vel eius Vicario, qui pro tempore fuerint, debeant eligere, et deputare quatuor idoneos et bonos custodes sive guardianos super dictis datis pro unum annum proxime futurum, qui custodes sub iuramento in manibus Potestatis de exercendo eorum officium custodiendo legaliter et sollicite, bonaque fide teneantur et debeant omnes et singulas personas et bestias quas invenerint et viderint dare damnum, et accusare et denuntiare Potestati vel eius Vicario, quibus custodibus et guardianis, si unus fuit accusator usque in sex sol. cum iuramento credatur, si duo fuerint accusatores custodes, aut unus cum uno teste idoneo usque in centum sol. fides adhibeatur, si vero tres fuerint custodes accusatores vel quatuor, aut unus custos accusator cum duobus testibus idoneis, in omnem quantitatem cum iuramento plenam adhiberi fidem decernimus, quia in ore duorum vel trium stat omne verbum, et nihilominus in omnem casum accusator quartam partem pene lucretur, si autem predicti custodes damnum aliquod dederint ut supra dictum est, semper dupli penam se incurrisse promiserit, et sic firmiter decernimus, volumus tamen

68v

q custos sive guardianus di cornu simili ut moris est debeat deputari, et ipso custode de cornu intran, alij secreti custodes silere debeant,

De pena damnum dantis in vinea aliena cap.o iiij

Statuimus et ordinamus q si quis damnum dederit in vinea aliena à Idibus mensis Junij usq ad expeditas vindemias idest usq quo fuerint uve di vineis extracte, aut p.to dicto tempore di aliena vinea uvas vel aliquos fructus portaverit xv. sol pena vice qualibet puniatur, et tantundem emenda patrono vinee satisfacere compellatur, si vero damnum fuerit maioris quantitatis q sit debeat emendatio dampni pro ut ab estimatoribus Cois contigerit estimari, volumus tamen q usq ad quinq raspulos, grappulos sive rampatios pena unius bononeni pro qualibet puniatur, et emendatur damnum colligentis sive damnum dantis usq ad quinq raspos, De persicis aut ficubus, nucibus, malis, pirinis et alijs fructibus domesticis pena x sol vice qualibet puniatur quisquis damnum dederit in his ut dictum est, De nocte aut si quis alienam vineam intraverit vel damnum dederit dupli pena puniatur, Declarantes q si quis alienam vineam intraverit et nihil collegerit quinq sol pena puniatur pro intratura,

De pena portantis uvas vel agrestas cap.o v

Quoniam sub spetie rei proprie sepe coloratur furtum, maxime in huiusmodi et multa solent fieri inconvenientia, ideoq statuimus q antequam vindemie fieri incipiant, nemo possit de aliena poss.ne uvas vel agrestas portare seu portari facere

ultra tres raspos siue rampatios sub pena duor. soll. pro quo-
libet raspo siue rampatio usq. ad x raspos, ab inde uero supra
usq. in xx raspos in sol. quatuor pro quolibet raspo, ab inde uero
supra quatacunq. sit quantitas pena x libr. puniatur pro
qualibet salma, et tantundẽ soluat patrono rei si de aliena
possessione portauerit cũ damni emendatione, si uero uue uel agre-
stes collectę inuente fuerint in statio, siue ad robbi siue
ad pannos alicuius pastoris, siue in eius campo ubi laboraret
siue in illis circumstantijs, perinde puniatur, ac si fuerit
inuentus portare, et semper presumatur esse inuente penes
illã personã, que ipsas uuas siue agrestas abscondidas retine-
ret uel que staret in illo campo siue possessione ubi reperiretur,
Vindemiare aut et uuas in magna qualitate portare ante festũ
S.ti Angeli de mense septembris si quis presumpserit x lib. pena
puniatur, Inuentus aut. portare uuas uel agrestas si uineã
nõ habuerit unde collegerit in tribus sol. plus puniatur qȝ
alia persona habens uineas, nisi ab aliquo sibi uuas uel agre-
stas donatas traditas uel concessas dixerit, et credatur iura-
mento concedentis usq. ad tres raspos sine pena,

De pena dãnum dantis in horto siue clausura cap. vij

Siquis hortũ uel clausurã alterius, in quibus caules uel alij fru-
ctus existerent, intrauerit et si nihil collegerit duor. bonon.
pena puniatur uice qualibet, si uero dãnum dederit fructus
colligendo ultra ualorẽ duor. soll. penã xx sol. uice qualt.
incurrat, et dãnum in duplo emendare copellatur dãnumpasso
si uero de nocte fierent p.ta pena in omni casu duplicetur,

Dãnoꝝ datoꝝ

Et si forte dubitari contingat si fuerit hortus uel clausura per Consiliarios cum Juramento una cum Potestate debeat declarari, clausuram enim intelligi volumus circumdatam muro, uel sepibus sive firmis sive fossis, adeo quod faciliter intrari non possit, cum declaratione faciendi utrius. si dubitatur,

Quando ignoratur quis dannum dederit cap.o vij

Quia saepe accidit danna plurima fieri et delinquentes non puniri multotiens de eis, praesertim de nocte, propter incertitudinem delinquentis, Idcirco statuimus et ordinamus, quod si alicui dannum datum fuerit, et nesciatur omnino per quem factum fuit, recepto corporali Juramento per Potestatem et alios quoscunque dannificatus dixerit habere suspectos eis quod ignorat dantem dannum, Potestas uel eius Vicarius teneatur ad petitionem petentis sub vinculo Juramenti mandare custodibus Communis quod debeant subtilissime inuestigare et perquirere per vicinos et praticantes circa locum dannificati cum auditis Juramentis desuper dictis pastoribus et circumstantibus quibuscumque si sciunt quod aliquis uel cuius animalia praedicta dannum dederint, et si quis jurare de dicenda veritate recusauerit, is praesumatur culpabilis, et dannum emendet, ut estimabitur per estimatores Communis et soluat medietatem paenae qua punitur ille qui uere dannum dedisset, si uero nullatenus reperiatur delinquens, seu animalia delinquentia volumus habita relatione ab aestimatoribus Communitatis cum Juramento de quantitate danni, et per quas bestias, et uestigijs dictorum danni datum apparuit, puta per bestias caprinas, porcinas, vaccinas pecudinas, bouinas, asininas, caballinas, bufalinas, et similia Potestas uel eius Vicarius dicere et patronos dictarum bestiarum ex illo

generis bestiarum per quas relatum fuit damnum factum fuisse
compellatur emendare damnum passo integraliter pro rata cum numero
bestiarum illius generis bestiarum que fuerint et steterint in
illa Regione seu Contrada eo tempore tantum si reperiantur
si vero non reperiantur fiat emendatio damni per quinque proximiores
vicinos habentes bestias illius generis, si vero damnum da-
tum fuerit personalis, emendetur per quinque proximiores vici-
nos usque ad valorem xl sol., ab inde vero supra per Comitatum
debeat emendari, quo casu si publice quis esset diffamatus
multa damna fecisse sive fecisse, in dicta Contrada ad tale damnum
emendum cum Comitatu teneatur, et talis diffamatio per tres testes
idoneos de fama et voce publica sufficiat pro legitima et plena
probatione, reservamus tamen atque concedimus ius et actionem
hes personis et Comitati solventibus et emendantibus recuperandi
in de[illegible] totum illud quod expositum fuerit cum vero damnificatorem
si unquam verificatur seu reperiatur infra sex menses a tempore
damni dati numerandos, et si quis revelaverit habeatur
quartam partem pene predicte et teneatur secretus, volumus tamen
quod Potestas per inquisitionem procedere possit, et simplicem penam ipse
habeatur, bestiam vero si quis latenter permisserit si fuerit
diligenti inquisitione per Potestatem et rectores culpabilis non
reperiatur Comitatus emendare debeat damnificato pro tertia par-
te estimationis cum iuramento fiende per duos homines dictam
bestiam cognoscentes eligendos a Consiliarijs dicti Castri, et in hijs
si unquam culpabilis reperiatur ultra penam a statuto impositam
compellatur in duplum emendare damnum Comitati, ac etiam patro-
no bestie predicte

Dãnoz datur

De pena incidentis arbores alienas cap.o viij

Si quis olivã, cerasũ, amigdalũ, persicũ, ficulneã, malum
pirũ castaneã, sive aliquã aliã arborẽ domesticã, sive quercũ
studiose inciderit vel truncaverit, et concaverit, decoperit
seu deguastaverit in vinea horto sive clausura aliena
centũ soll. pena puniatur pro qualibet arbore de die, de nocte
aut in duplũ, Si vero ex vineã hortũ et clausurã inciserit
sive concaverit, aut fregerit dimidiã pena puniatur
Si quis aut p.tar arborũ domesticarũ ramũ inciserit sive
fregerit studiose xx. sol. penã et noverit in mille
pro qualibet ramo de duobus ramis, ab inde vero sup.a usq. ad quinq.
ramos inclusive x sol. pena puniatur pro quolibet ramo, Et ra-
musculũ aut separatũ a ramo grosso, si quis inciserit sive fre-
gerit pena quinq sol. puniatur pro qualibet ramusculo et in du-
plum de nocte cũ emendatione dãni in duplũ patienti exti-
mandũ per extimatores Cõis, Salicem, albanũ, Populũ, sive
Vlmũ in locis domesticis existentes si quis inciserit x. soll.
pena puniatur pro qualibet, Si vero in eis arboribus pergula
forent domesticæ dupli pena puniatur, De arbore aut sil-
vestri et non domestica si sit arbor fructifera ubicumq. fuit
eadẽ pena puniatur incisor prout supra dictũ est de arboribus
domesticis, et hoc propter abusũ et frequentiam in p.tis delinquen-
di, Addentes et q. si quis d.tas arbores, sive earũ ramos cõbusserit
sive ignem fecerit de p.tis sine licentia domini seu patroni et
ad dictũ ignem steterit, x. sol. pena puniatur pro qualibet psona
et Potestas possit de p.tis per inquisitionẽ procedere

De pena incidentis sepẽ de vinea vel horto seu clausura aliena cap.o ix

Si quis sepem inciserit seu deguastaverit de vinea sorto sive alia clausura aliena contra voluntatem possidentis sive patroni vel eorum consortis pena x sol. vice qualibet puniatur et in duplo damnum emendet iuxta estimationem cum iuramento facienda per estimatores comunis, si sepem autem pendenti super viam publicam aut vicinalem sive pendentem super possessionem per ipsum possessorem ipsaque possessionem adiuvanti, aut quolibet impedienti seu occupantem quilibet possit impune incidere dummodo vicino damnum non inferat, et ut in possessionem non derelinquat apertam, ut inde sibi damnum facile possit inferri, volumus tamen quod quilibet habens sepem super viam publicam teneatur quolibet anno semel incidere seu incidi facere a Kalendis mensis Maij usque ad medietatem mensis Junij usque ad metas et terminos dicte vie et possessionis, adeo ut via comunis tuta, lata et munda remaneat absque impedimento transeuntium, et hoc sub pena x sol. pro quolibet, et in hiis sepem incidere et aptare possit compellatur sub pena maiori arbitrio Potestatis imponenda, ne privatorum contumacia et negligentia iuri publico ca... valeat introducere preiudicium.

Quanta debeat esse emenda damni in dubio cap. x.

Providentes ne contingat damnum dantes lucrari cum iactura aliena de emendatione damni dati non satisfaciendo sepenumero negligentia damnum passi aut estimatorum, statuimus et ordinamus quod si damnum datum per estimatores comunis non fuerit estimatum, seu estimari non poterit, quod in dubio tantum debeat dari pro emenda damnum passo quantum solvi deberet pro pena, adeo quod et pena et emenda damni

semper paria esse intelligantur, nisi de maiori vel de minori qualitate
dani facta fuerit extimatio ac deliberatio suo loco et tempore
per deputatos homines et personas,

De abolitione accusationis in dannis datis cap.º xi

Ordinamus et statuimus quod in dannis datis civilibus dannum passo
liceat eius accusationem seu denuntiam per abolitionem retrahere
et ponitendo cancellari facere quamlibet accusatum vel denuntia-
tum ab eo coram Potestate vel eius Vicario infra terminum quinque
dierum postquam ad notitiam accusati vel denuntiati venerit, et sol-
vat retrahens Potestati vel eius Vic.º pro abolitione vel retracti-
one bonorum duos,

Quod pater pro filio, et patronus pro famulo teneatur cap.º xij

Ad resonanda dana que per filios familias et famulos frequen-
tantur statuimus, et ord.s quod pater teneatur dictum solvere penam
dannidati per eius filium cum bestijs vel sine bestijs, si filius steterit vel
habitaverit cum patre, et hoc idem decernimus locum habere in avo
patruo vel avunculo, si nepos cum eis steterit vel habitaverit. Volu-
mus insuper et idem diffinimus quod dominus et patronus similiter teneatur
pro famulo sine garzone et si talis famulus esset forensis, ac etiam
si famulus vel filius esset minor xiiij annorum, possit tamen pa-
tronus habere regressum contra famulum pro quo penam solverit per
totum tempus quo secum steterit, et per x dies postea, et non ultra
si talis famulus presens fuerit et conveniri possit, Potestas autem tenea-
tur ... iuramento notificare patrono in tempus conveniens
ante quam locationis tempus sit finitum de dannodato per illum famulum

et alii cum eius non possit executionē facere, et si fecerit nō valeat ipso iure, et incurrat penā xx. soll. et executionē sive pignora facta restituat,

De licentia danda in dānis dātis cap.º xiij

Rei sue quoniā quilibet moderator et arbiter esse dr̄, ideo statuimus q̄ quilibet dn̄us sive patronus utilis vel directus emphiteota, conductor, sive possessor quicunq, ac et quilibet de ipsorū familia possit et valeat licentiā dare cuicunq ei vel eis videbitur et placebit suā possem intrandi, incidendi, colligendi, dānandi et cū bestijs et sine bestijs, pascuandi et alia oīa et singula faciendi que ipsi patroni vel possessores et ipsorū familia possent et ad penā aliquā non teneantur talē licentiā habentes si accusati fuint vel inquisiti, dūmodo talis licentia data et concessa fuerit infra x. dies antiq dānum datū fuerit, ne curie confusio fiat, et credatur iuramento dictī licentiā concedentis, nec duret talis licentia ultra x. dies, si vero licentia qualr data vel concessa fuerit alicui per manus Potātis vel eius Vicarij, que appareat in scriptis sine temporis limitati prefinitione, anno dumtaxat uno cōtinuo et nō ultra eā durare declaramus, et alr si sine scriptis sit concessa nō valeat, de qua Potās pro eius mercede xij den. recipere possit pro quolt, si quis aūt presente patrono dānum dederit cū bestijs puniri nō possit nisi ad querelā dānum passi,

De pena battentis nuces, quercus vel castaneas cap.º xiiij

Statuimus et ordinamus q̄ si quis cū bastono, pertica vel simili

percutiet, batterit, sive vapulavet nuce, quercũ, sive castane-
am alienã pro fructibus colligendis vel pasturandis sine licẽtia
patroni, vel possidentis, vel alicuius de ipsorũ familia pena
dece sol. puniatur pro qualibet arbore de die, et in duplũ de nocte,
et dãnum emendet in duplũ eius quantitatis que pro pena imponi-
tur dãnum passo compẽsatur, et si forsã maius dãmnũ foret in
eo plurĩ prout estimabitur per estimatores cõitatis,

De pena bestiarũ grossarũ dãnumdantiũ cap.o xv

Bos, bubalus, equus, asinus, mulus, et alie bestie grosse si segetes
blada, legumina, linũ, canapẽ, introiverint vel dãnum dede-
rint, custos bestiarũ si haberi potest soluat nomine pene vice
qualibet sol. x pro qualibet bestia, si tamen custos haberi ne-
quiret dnũs bestiarũ dictã penã soluat, si vero hortũ sive
cãnetũ cannis vel fructibus in illis exstantibus penã persoluat
xv sol. eademq. pena puniri declaramus si dicte bestie
dãnum dederint in croco zafferanis, in gregnis acerbarijs seu
barconibus bladorũ lini, canapis, et leguminũ sive fabarũ, sicut
in hortis fructibus exstantibus xv sol. penã incurrat pro quali-
bet bestia exstantibus fructibus, fructibus vero nõ exstantibus x
sol. pena puniatur. Declarantes tamen quod de nocte pena
debeat duplicari, Si aũt sup.te bestie fuerint in arpillis seu
furore existentes, ex quibus facile retineri nequeũt per custodes
ad emendũ dãni dũtaxat, nõ aũt ad penã volumus obligari,
et credatur in hoc casu sacramẽto custodis cũ sũma diligentia
temporis et circumstantiarũ prestito per Potestatem vel eius Vicarium
attenta et personarũ qualitatẽ, Polletri vero, vituli aut pulli
sive filij aliarũ bestiarũ grossarũ si annũ in etate nõ excesserint

quartã partẽ pene quam solverint bestie predicti incurrant et custos vel eius patronus teneatur et de tempore et de etate p.to credi volumus sacramento patroni vel custodis. In pratis aut sive locis reservatis pro herbis falciandis eadem pena puniri decernimus a kalendis mensis Martij usque et donec herbe de pratis vel locis dictis fuerint recollecte. In vineis vero a kalendis Martij usque ad festum omnium sanctorum exclusive pro qualibet bestiarum supradictarum solvat bononenos quinque de die, In alijs vero temporibus pro medietate dicte pene.

De pena bestiarum minutarum d. d. in possessione aliena cap. xxij

Bestie aut minute scilicet pecudine caprine et similes si intraverint pasnaverint sive damnum dederint in segetibus, bladis leguminibus, linis, canapis sive canetis alienis a kalendis mensis Martij usque quo blada, legumina, linum, canapa, fuerint in campis solvat dominus animalium, si custos haberi non poterit nomine pene soldi sexta pro quolibet centinario, et ab inde supra vel infra pro rata [illegible] pena solvatur si dicte bestie minute d. dederint in [illegible], accoltatijs, barconibus, sive mucchijs dictorum bladorum, si vero pratum intraverint aut damnum dederint a kalendis Martij usque quo fenum fuerit recollectum librarum sexta 10 sol. pena puniatur vice qualibet pro quolibet centinario ab inde supra vel infra pro rata, si vero vineam intraverint vel in ea damnum dederint a kalendis Martij usque dum expeditis vindemijs et finitis decem soldi pena puniatur pro quolibet centinario, et ab inde supra vel infra pro rata, alio vero tempore in quacumque anni parte, xl sol. penam incurrat pro quolibet centinario et ab inde supra vel infra pro rata. In Ortovero vel clausura aliena bladata, aut exeuntibus fructibus, eadem pena

puniatur pro qualibet continario modo tamen et forma quibus supra pro tata, Si uero hortus uel clausura bladata nō esset aut nō existentibus fructibus de sol. penā incurrat uice qualibet pro qualt continario, et in omnibus p.tis catibus tantundē soluat dā: nificato, et iudibus dānum si quod esset emendare compellatur, et de noc. ti pene duplicentur, pro bestijs aut porcinis uineam alienā intrantibus, uel in ea dānum dantibus à Ktis mensis Martij usq ad perfectas uindemias soluat custos uel ipsoz dnus tres solo pro qualt bestia porcina, Jn alijs uero anni temporibus . . . .

. . . . baccenibus uel mnedijs bladoz dānum dederint, hoc disponimus si intra: uerint aut dānum in horto dederint existentibus fructibus, aut in clausura bladata pena unius soldi cū dimidio pro qualt bestia porcina, fructibus uero nō existentibus Jn horto aut in nō bladata clausura si intrauerint uel dānum dederint pro medietate puniatur pro qualibet bestia porcina, Si uero prata aut cāneta quocuq tempore intrauerint aut dānum dederint pro qualt bestia porcina unius quatrenus soluatur, eādem quoq penā incurrat si arā intrauerint alienā quocuq tempore, et in oibus catibus temp. uolumus solui totidem dānum passo, et dānum emendare compellatur, et de noc. ti duplicari penas declaramus, Porcellis uero, agnellis, et capretis, si sex mensiū etatē nō excedāt medietatem penē p.te semper incurrāt, si uero fuerint etatis unius mensis et infra quartā partē penē puniatur et de etate p.ta uolumus credi sacramento patroni . . . .

De pena retinentis bestias sub oliua quercu uel arbore aliena cap.° xvij

Sancimus quod si quis pastor aut custos bestiarum duxerit seu re-
tinuerit bestias subtus arborem oliuarum glandium, nucum, et aliam
quamcunque arborem fructiferam scienter fructibus exentibus, adeoque
damnum dari possit pena unius sol. puniatur pro qualibet bestia
minuta, quotquot bestie fuerint uice qualibet, et de nocte duplice-
tur pena, et in dictis semper intelligi uolumus tantum solui pro
emenda damnum passo, quantum solui debet pro pena, nisi forte
damnum passus cum iuramento maius esse damnum datum, quia tunc et eo
casu remictimus in arbitrio Potestatis declarandis emendam damni
ab inde supra sibi equum uidebitur qualitati et quantitati bestiarum
fructuum et locorum, ac persone iurantis conditione, et alijs occur-
rentibus circumstantijs bene consideratis,

De pena trauersantis cum bestia cap.° xviij

Si quis non iuerit per uiam rectam, sed per trauersam sine uia
transiuerit per aliquem campum seminatum siue bladatum aliquo
bladi genere et lini, canapis fabarum, cicerum, et aliorum leguminum
siue seminum, si cum bestia grossa quinque sol. pena puniatur
uice qualibet pro qualibet bestia, si cum bestia minuta uel sine
bestia penam unius sol. pro persona sua incurrat, et medietatem
soldi unius pro qualibet bestia minuta persoluat, et tantundem
pro emenda damnum passo condemnetur satisfacere, forenses autem
dupli pena puniantur. Volumus tamen quod ante Idus Martias bini-
fune possit persona sine bestijs transire, si quis autem cum bestijs

formas uel sepes clausura possessiones transuersauerit aut transuersando transiuerit X sol. pena uice qualibet puniatur,

De pena canis damnum dantis in uineis cap.° xxix

Canum seu canes si quis habuerit debeat illum uel illos tenere ligatos, uel ligatum, ne in uineis damnum dare queant unus alienis a kal. mensis Aug.ti usque ad finitas uindemias uel saltim faciat portare uncinum in collo ligatum longitudinis unius pedis, et uncinale sit longitudinis unius submitti. sub pena bonorum quatuor uice qualibet pro quolibet cane, qua contrafactum fuit, uolumus tamen ne quis se ualeat excusare quod Potis uel eius Vicarius a kal. Aug.ti faciat sm̃oi statutum bandiri aut postulante petenti debitur expedire quando uue mature sint, et alii potestas non possit procedere antequam fuit banditum, et insuper si canis predictus intrauerit dicto tempore aliquam uineam dictam dominus canis penam incurrat, et uinee patrono soluat, et dictus canis possit impune occidi, Declaramus insuper quod quilibet possit accusare uel denunciare canes repertos uel solutos uel sine uncino euntes modo et tempore predictis euntes infra confines et ter.os inferius assignatos . . . .

et infra predictos confines predicto tempore canis solutus aut sine uncino reperiatur ad penam x. sol. uice qualibet pro quolibet cane patronus teneatur, et de nocte pena duplicetur,

Quod liceat ducere ante Potestatem bestias in damno repertas cap.° xx

Pro maiori damnum dantis confusione statuimus et ordinamus quicumque liceat impune qui reperierit bestias in damno in suis possessionibus

uel bonis eas omnes bestias uel ipsarū partē ducere ante Potestatē uel eius Vicariū, et pro tali dāno Potās sibi debeat fidem adhibere cū iuramento, Volumus quoq quicunq liceat immo debeat si inuenerit bestias quasuq fecerit in tenimento dicti Castri cum dāno uel sine dāno ducere ante Potatem impune et illi assignare et quartā parti pœne lucretur,

Q de nocte pena debeat duplicari, et q de similibus ad similia procedatur in dānis datis cap. xxi

Quia difficile satis est et quodamodo impossibile in quolibet particulari casu occurrenti speciāter prouidere sub pena, quocirca statuimus et ordinamus q in dānis datis et maleficijs quibuscuq ordinarijs uel extraordinarijs que de nocte comittuntur semper pena duplicari debeat, exceptis casibus speciāter prouisis, et insuper decernimus q in casibus in quibus specialis pena, et prouisio in statutis nō reperiatur tā in dānis datis q in maleficijs quibuscuq siue exercibus et extraordinarijs, quia plura sunt negotia q uocabula statuimus q procedatur de similibus ad similia, et talis assimilatio fieri debeat per Potatem cū Consiliarijs pro tpore existentibus secundū ipsorū conscientias,

De pena pullorū et his similiū cap. xxij

Anseres galline, et alij quicūq pulli si uineā intrauerint alienā cā kalendis mensis Martij usq ad finitas uindemias aut in ea dānum dederint sex denariorū penā incurrat pulli patronus et nihilominus teneatur soluere dānum uice qualibet pro quolibet pullo, et hoc idem statuimus seruari in horto uel clausura bladata pasto,

In quibus folia siue blada essent, volumus tñ q animal dari possit
pro noxa, eadem pena puniri declaramus si dãnum dederint in pa-
ghiario alieno,

De pena accipientis bladũ alienũ cap.o xxiij

Si quis bladũ fabas, cicera, linũ, canapos siue quodcũq genus le-
guminũ sine licentia patroni metinerit runcauerit accepe-
dit vel asportauerit x sol. pena puniatur pro qualẽ gregna
siue manipulo et totidem soluat dãnum passo vice qualibet,

De pena colligentis fructus coẽs cap.o xxiiij

Si quis arborũ quarũcunq fructus cõmunes cũ altero colle-
gerit, sine licentia illius qui habet comunionẽ petita et obtenta
xx sol. pena vice qualibet puniatur, sit tñ licentia bis pe-
tita siue bis facta requisitio, et requisitus bis consors ad cõmu-
nes fructus colligendos diuersis diebus nõ obtinuerit siue neglec-
tus fuerit colligere possit impune dictos cõmunes fructus et
nihilus de tali licentia bis petita a consorte seu de consortis
requisitione bis facta credi volumus sacramento requirẽtis,

De pena colligentis fructus ex arbore aliena cap.o xxv

Statuimus et ordinamus q si quis collegerit fructus de domesticis
arboribus alienis et ex vineas existẽtibus pro ut sit nuces, ficus
persica, pira, cerasa, mala, et his similia x sol. pena puniatur
vice qualibet, et totidem soluat dãnum passo, De arboribus aut
siluaticis medietatẽ dicte pene incurrat delinquens, si accusatus
a dño rei vel requisitus fuit, et totidem dãnumpasso persoluat

et si maius dãnum fuisse diceretur secundũ estimationẽ per estimatores Civitatis faciendã patienti satisfacere compellatur,

De pena dãnum datis in fabis ciceribus et alijs leguminibus cap.º xxxv

Si quis fabas sive baccellos fabarũ, ciceres seu aliã legumina aliena collegerit quinq; soll. pena vice qualibet puniatur, et tantundẽ solvat patrono pro emenda dãni, et si plus dãnum fuerit secundũ estimationẽ per estimatores cõis reficere compellatur,

Qñ liceat colligere fructus sine pena cap.º xxxvj

Fructus pendentes alienos supª eius possiõem sancimus impune cui- libet licitũ esse colligere illos. s; quos potuit colligere et cum manibus adiungere tantũ sine baculo et uncino sive alio quovis ingenio per quantũ pendent supra eius possiõem et nõ ultra, de fructi- bus aũt cadentibus in sua possñe ex arboribus in vicini possñe existentibus sine penis liceat colligere, olivis tantũ exceptis, Volumus tamen q; patronus arborũ, quarũ fructus in alterius possñe pendentes ceciderũt possit et valeat impune vicini possiõem in qua fructus suaz arborũ ceciderũt intrare et eos fructus colligere per spatiũ trium dierũ, ex quo dicti fructus ceciderũt et nõ ultra, sic .n. nos Juris consultus docet ordinare in tit.º digestoz de glande legenda ponens glandẽ pro quolibet fructu intelligẽdũ modo iniuria sive dãnum nõn inferatur vicino, fructus aũt sive poma jacentes vel iacẽtia in terrã in possiõem alienã tanq; alienos seu aliena si quis collegerit puniatur ac si de arboribus collegisset alienis, De pomis vero glandibus castaneis nucibus et alijs fructibus in viali jacentibus si transiens cũ bestijs vel sine bestijs nõ fermaverit

ad colligendũ, manducandũ uel dãnum dandũ nullatenus puniatur,
Statuimus tamen q alienã arborẽ pendentẽ supra suã possessionẽ liceat
incidere siue percutere de illis ramis tantũ, quantũ pendent supra
et tangit possẽm suã usq ad x pedes comunis per altũ, hoc idem dispo:
nimus de sepibus ut de arboribus dictũ est,

De pena accipientis fenũ paleas uel spicas alienas cap.o xxviij

Si quis fenũ siue paleas acceperit de area seu de prato alieno x sol.
pena puniatur pro qualt salma, et abinde infra uel supra pro rata
et tantundẽ in duplo emendare compellatur dãnum passo, et de nocte
sit pena dupli, si uero de domo stabulo, cappãna siue pagliario
alieno paleas siue fenũ substulerit l.ta sol. pena puniatur pro
qualt salma, pro rete aũt, fascio siue sacco palear uel feni x.
sol. pena puniatur uice qualt; spicas aũt accipiens de campo
uel area aliena sine licentia patroni, quinq sol. pena puniatur
uice qualt et tantundẽ pro dãni emenda satisfacere cõpellatur
pro emenda patienti,

In quibus locis bestię minutę intrare uel pascere prohibentur cap.o xxix

Sine licentia Mag.cor dnõr aut Potestatis bestias minutas pascua-
re prohibimus in cortinis et locis infradesignatis sub pena
infratta uz dẽn iiij pro qualt bestia pecudina, dẽn sex pro
qualibet bestia caprina, dẽn. x. pro qualt bestia porcina
siue unius sol. et pl.ta ordinamus seruari ad conformationem
bestiar. grossar. Cortinas aũt et prohibita loca declaramus
intelligi debere prout infra uz

Volumus tamen quod in proprijs possessionibus uel in alienis cum licentia patroni liceat bestias retinere in dictis certinis et infra dictos confines, et tamen si dannum dederint puniantur sicut in alijs locis puniuntur,

De pena bestie corrodentis alienas arbores domesticas cap.º xxx

Caprinas uel alias minutas bestias si arborem domesticam corroserint puniri uolumus pena unius sol. pro qualibet bestia, bestias autem grossas quinque soll. pena puniri declaramus et totiens patrono dannificato pro emenda soluatur pro qualibet bestia, et si plus esset dannum dicatur secundum estimationem faciendam per estimatores Com(un)is magis satisfaciat, oliuas autem siue persulas si corroserint dupli pena teneri uolumus pro qualibet bestia,

Quod liceat intrare possessionem alienam impune cap.º xxxi

Quia aquarum usus per quod necessarius est elementum unum de quatuor sine quo uiuere non possumus, ad bibendum, ea propter unicuique persone permictimus possessionem alienam impune intrare ad bibendum si per eam possessione aqua siue fons bone aque ad bibendum extiterit, dummodo ibi prope fons alius uel aqua bona ad bibendum non fuerit, et dannum aliquod non dederit, si uero dannum dederit puniri uolumus dannum dantem pro qualitate illati danni secundum formam nostrorum Statutorum, Adhuc quoque statuimus ut eo quod inimicum uel sibi odiosam personam uidens in alienam possessionem recaperauerit, aut per pluuiam ad domum, cappiram, turrim, aut causa perquirendi bestias per ditas, aut fugiens et cum bestijs tempore suspitionis guerre, cum uiol

cavalcati, aut per bestias ardillantis, aut causa colligendi examen apri, aut causa capiendi, seu prosequendi animalia venatilia, et similibus causis de quibus sacramento intrantis credatur sine dano/

De pena bestiarum dimissarum sine custodia cap.º xxxxij

Rusticorum atque custodum bestiarum abusum et temeritatem refrenare cupientes statuimus quod quotienscumque in tenimento dicti Castri bestie quecumque reperiantur sine custodia sive pastore, et damnum dederint, dupli pena semper puniatur, quod alie bestie puniri debent ex forma statutorum nostrorum, et de absentia custodis distantia seu mala custodia possit in arbitrio Potestatis qualitate facti et personarum conditione pensatis credendo accusatori sive denuntiatori/

De pena pastoris deprehensi de nocte reperti sine bestijs cap.º xxxxiij

Pastores sive custodes bestiarum si cum bestijs reperiantur noctis tempore in territorio dicti Castri in districtu vinearum et extra ipsorum possessiones sine iusta et legitima causa, et cum eorum iuramento declaranda a kalendis mensis Augusti usque ad medietatem mensis Octobris xx sol. pena puniatur vice qualibet, et predicta intelligi volumus de nocte postquam porte dicti Castri clausa fuerit/

De pena ponentis bladum in area aliena cap.º xxxxiiij

Siquis posuerit bladum sive legumina quecumque in area aliena vel uvas posuerit in tinellum sive tabula aliena sine licentia patroni xx sol. pena puniatur, et nihilominus ad voluntatem patroni

volentis statim et in continenti disgombrare cogatur sub eadem pena xx sol. patrono applicanda, pro medietate pro quali die qua negligens fuit ad disgombrandum. Si a Dnis rei fuit accusatus vel inquisitus et aliter procedi non possit.

De pena replentis formas alienas cap.° xxxv

Item statuimus quod si quis formam alienam replexerit solvere xx sol. penam et noverit incontinenti vice qualibet, et nihilominus dictam formam reficere sive removere et reducere ad pristinum statum suis sumptibus omnino compellatur.

De pena bestiarum deguastantium murum alienum cap.° xxxvj

Item ordinamus quod si qua bestia cuiuscunque generis fuit murum alienum deguastaverit intus vel extra dictum Castrum, Dominus bestie vice qualibet pro qualibet bestia solvat unum sol. pro pena et unum sol. solvat pro emenda dirumpatore et nihilominus murum reficere teneatur omnibus suis sumptibus prout prius erat sub pena xx sol.

De bestiis forensibus pasturantibus in tenimento cap.° xxxvij

Forensium bestie si in tenimento dicti Castri ad pasturandum intraverint non fidate xx sol. pena pro qualibet bestia grossa solvatur et unius sol. pro qualibet bestia minuta usque ad xx bestias, ab inde vero supra una frocca sive grex intelligatur, et centum soll. pena puniatur pro qualibet frocca sive grege, et talis bestie inquolaverit

dupli pena puniantur, Volumus tamen q si notitia habeatur quatr dicti casiri homines tractati fuint ab offalibus locorz dictaz bestiaz forensiu, q tales et fuentes illi tractari debeāt per regulā illā, q quisq Juris in alterū statuit & Cuius pena medietas sit Cōitatis, et alia medietas sit Potatis executionē facientis uel alterius offalis,

De pena dānumdantib in mandrijs alienis capo xxxviij

In mandrijs alienis si quis dānum dederit xx. sol. pena puniatur uice qualt, et tantundē dānumpasso pro emenda et si plus fuerit dānum arbitrio estimatorū Cōis satisfiat, et si forte per estimatores nequiret estimari, credatur Juramto dānumpasso usq ad summā p.ti quatitatē dupli, de nocte aūt penas uolumus duplicari,

De bestijs intrantibus cultas ingōberatas capo xxxix

Statuimus q in cultis et campis ingōmeratis, in quibus gugne et accostanie, siue barcones bladorz siue legumimū existerent, si bestie minute ad pascuand intrauerint xxv. sol. pena puniatur pro quolt centinario, De bestie aūt grosse penam unius soldi pro uni qualibet et bestiā qualt in currant quātacunq quantitas sit, siue numerus bestiarum si uero dānum dederint puniantur prout sup.a dictum fuit in locis suis,

De pena dānum datis in fructibus siluaticis capo xl.

Statuimus q si quis, mala uel pira siluatica in locis domesticis

alienis collegerit penā quinq soll uice qualt se nouerit incurisse
In locis aut siluestribus duoz soll pena puniatur, Si vero pastor
vel custos bestiarz dictos fructus siluaticos percuteret batteret
siue scuclaret de dictis arboribus siluestribus xxv sol penam
incurrat, et si bestie in talibus fructibus vel pomis dānum dederit
sint pena sex denariz puniatur pro qualt bestia minuta, et
duoz soll pro qualt bestiā grossa, et tantundē pro emenda pa
trono dānificato satisfacere cōpellatur, Nolumus tamen
q in pdictis procedi possit nisi per accusā quer la et demandam
patroni,

Quantū credatur iuramento accusantis et uni testi cap.° xli

In quibuscunq dānis datis in pnti libro adnotatis statuimus
q credatur iuramento patroni accusatoris usq in quantitatē
x soll si accusator dixerit uidisse vel inuenisse dānum da
tum, uni aut soli testi fidedigno in dānis datis credatur usq
ad quantitatē xx soll et nō ultra, Declarantes tamen q per
hoc nō intendimus aliquo modo derogare statuto loquenti
de custodibus et guardianis faciendis supra positis, quibus custodi
bus et guardianis cū uno teste fidedigno uolumus q in quantita
te centū sol credatur ci qualitatibus ibi adnotatis,

De pena accipientis palos vel uites de possessione aliena cap.° xlij

De uinea fundo, siue possessione aliena si quis palos, cānas, uites, siue
sarmenta acceperit x sol pena uice qualibet puniatur pro
quolt fastillo paloz cānaz, uitū siue sarmentoz, et custodi
patrono dānificato pro emenda dāni satisfacere cōpellatur

78v

De pena colligentis oliuas, uel portantis nuces cap.º xliij

Amigdala siue oliuas, aut nuces, siue castaneas siquis subtus arbore alienã collegerit .x. sol. pena puniatur uice qualibet si uero de arboribus collegerit siue cũ palo, baculo, pertica, lattere, seu percuterit pro fructibus colligendis .xl. sol. pena puniatur uice qualibet, et totidem pro emenda soluere compellatur, dãnum passo, nuces aut siue amigdala siquis portare fuerit inuentus, intus uel ex dicto Castro, eo tempore, quo solent in arboribus pendere, dũmodo portans sit maior .x. annorum, nisi iurauerit habuisse et collegisse de proprijs arboribus, uel a proprijs patronis fuisse sibi concessas penã unius dñi. pro qualibet nuce siue amigdala soluere compellatur,

De custodibus priuatarum personarum cap.º xliiij

Vnicuiq licere permictimus in suis bonis et possessionibus custodem ponere ad custodiendum possessiones suorum patronorum, et talis custodes possint cũ iuramento accusare quascumq personas cũ bestijs uel sine bestijs uel quascumq bestias quas inuenerit dãnum dare in possessione et bonis suorum patronorum, et credatur sibi usq ad quinq solidos uice qualibet, sed cũ uno teste idoneo credatur usq ad quantitatẽ .xl. sol.

De pena dãnum dantis in cupellis cap.º xlv

Siquis cupellos apum dequastauerit alienos, seu animo nocendi tetigerit siue de eo mel uel cerã acceperit, uel alio quomodocumq dãnum dederit .xl. sol. pena uice qualibet puniatur pro quolibet cupello, si uero aliqua bestia uel animal cupellũ quolibet dequastauerit

alienu vel in eo dānum dederit texendo vertendo sepem vel alii quomodocumque dec. sol. pena puniatur pro quolibet capello et dānum in duplo semper debeat emendari dānum passo, et animal pro noxa hoc casu dari non possit, nisi dānificatus id voluerit.

De animalibus percutientibus con. personā vel bestias cap. xlvj

Quia sepe occurrit per bestias quadrupedes pauperie et dānum dari atque hominibus inferri, Idcirco statuimus quod si aliquod animal cuius cumque fuerit alicui nocuerit, puta si equus calcitrosus calce percusserit, si bos cornupeta, aut canis vel similia percusserint, vel momorderint aliquā personā, patronus animalis percutientis vel mordentis l. sol. pena puniatur vice qualibet et dānum patienti in duplū reficere compellatur eius quod iudicabitur per viros peritos per Potestatem eligendos nisi voluerit patronus animalis illud tradere et dari pro noxa et vere cum effectu dederit infra spatiū duorum dierum quod percusserit vel momorderit, quo casu ad penā l. sol. dictam non teneatur, si vero canis aut bestia alterā bestiā alicuius momorderit, percusserit, aut detur et tradatur dānum passo pro noxa dānum passo, nisi patronus dānum in duplo emendaverit, si vero bestie et animalia ad invicem contendentes ut sepe solet accidere inter boves, vaccas, tauros, arietes, capras et similes, volumus quod insultans aggrediens sive incipiens cottere et pugnare et aliā bestiam molestare, si percutiatur vulneretur, occidatur ab insultata vel prius ab illa percussa sit sibi liceat et debeat

imputari eius dnũs et patronus. quia causã dedisse uide-
tur si aũt percusserit, dãnum dederit, ul occiserit bestiã in-
sultantem uel se se defendentẽ, et nesciatur que bestiã prius
inceperit, et que posterius insultauerit decernimus in tali casu
dubij q. bestia percutiens ul occidens pro noxa tradatur eum
effectu dnõ animalis percussi uel occisi, nisi eius patronus dãnũ
integralr cũ effu refecerit dãnum passo. Canĩ aũt si quis irri-
tauerit con aliquã personã uel bestiã si personã momorderit,
canis dnũs centũ sol. penã se nouerit incurisse. si uero momorde-
rit bestiã xx. sol. pena puniatur, et nihilus in omni casu dã-
num in duplo satisfacere cõpellatur patienti.

Q Potãs possit accusare in dãnis datis cap. xlvij

Potãs possit accusare in dãnis datis statuimus oẽs et singu-
las personas quas uiderit, uel inuenerit dãnum dare in bo-
nis et possessionibus dicti Castri usq. ad quantitatem x. sol. cũ Iuramento
et nõ ultra sibi credatur, si uero habuerit unũ idoneũ testem
et cũ Iur. credatur sibi in oni quantitate in dãnis datis.

De pena dãnum dãti in pagliarijs cap. xlviij

In campestribus si quis finali ul pagliari fecerit, si illud eũ
spinis ul alr cũ diligentia obturauerit, reparauerit ul
prouiderit ne facile per bestias in eo dãnum detur, et
per aliquã bestiã datũ fuerit dãnum postq. fuit obturatũ
unius soldi pena pro qualibet bestiã minuta, et quinq. sol.
pro qualt bestia grossa persoluatur uice qualibet, et totidem

dãnum passo emendare compellatur pastor huiusmodi bestiarum pa-
tronus, Si uero obturatam spinatam uel reparatam nõ fuerit impu-
tet sibi dñus palearum et feni. Si dãnum bestie intulerint in
campestribus cũ ipsas pro derelicto habeas in cãpestribus
dimissas et bestijs depredandas habere presumamus, Si quęa
porcina bestia uel canina dãnum dederit granis alicui intus d.tu
Castri uel lex in aliquibus rebus uel bonis nõ comprehenditur in presenti
statutorum uolumine, dñus ipsorum uice qualibet soluat sol. quinque
pro quolibet et credatur sacramento dãnumpassi usque in xx sol.
et tantundẽ emendet patienti,

De modo retinendo per Consiliarios super annotatione et redditione computorum introituum et exituum publicorum

Ill.mus D. Raynutius de Baschijs perpetuus Dñus et patronus Terre Ba-
schij, Volens euitare errores, qui in retentione seu descriptione ac
reditione computorum administrationis facte de rebus publicis a pro
tempore existentibus Consiliarijs et Camerario dicte Terre indies
committuntur, presenti lege statuit et sanciuit, quod Consiliarij et Came-
rarius dicte Terre nunc et pro tempore existentes debeant retinere
duos libros, in quorũ altero omnes redditus, in altero uero omnes
exitus publicos describant, seu describi faciant, Completisque qui-
buslibet sex mensibus eorum officij teneantur infra decem dies tunc

81v

subsequentis dictos libros omnesq alias scripturas si quas tūc habuerint spectañ ad Cōitatem consignarē in manibus Potātis ad effum computa reuidendi, Quæquidem computa debeant infra alios decem dies subsequentes reuideri à duobus hominibus à Consilio eligendis, cū assistentia dicti Potestatis, Reuisionemq factam debeat in calce dictorū computorū per dictū Potātem describi sniā ferenda à dictis hominibus super tali reuisione, Et si dicti Consiliarij et Camerarius dictos libros retinerē, et consignarē, prefati uero calculatores computa reuiderē ut supra dictū est neglexerint pena ducatorū sextus pro ipsorū quolibet Camē dicti Illmi Dni applicañ puniantur uice qualibet, Q si Potas in exequendo et exigendo dictā penā negligens fuerit de suo proprio teneatur tempore sindicatus, ——

Ranutius de Basilijs manu ppa

Die Tertia Julij 1575

Suprascriptū capitulum fuit publicatū ac lectū et uulgari sermone expositū in publico et gnali consilio Cōis et hominū Castri Basilij per me Laurentiū de Mattheis à Frans Sabinen dioc. in presentia dicti Castri Potatem, Et in fidem

Ita est Laur. de Mattheis Pot.

DECRETUM. Ill.mi D.ni RANUCIJ

De modo procedendi super Inquisitionibus damnorum datorum, et infra quae tempora relationes promissorum emendationes damnorum fieri petique possint.

Quoniam factis inquisitionibus damnorum datorum, repertoque aliquo culpabili, postmodum relationes promissorum, seu aliorum extimatorum, petitiones et emendationes damnorum adeo in longum differri et protrahi audivimus, quod saepenumero accusato facultas penitus tollitur remissionis, seu rene inquisitionis lapsu temporis; et ob id multoties evenire, damnum a pluribus factum, ab uno emendari; Cupientes igitur huic morbo providere, ac malitijs hominum occurrere. Hac nostra presenti lege sancimus quod in posterum omnes damnum passi, ad quorum instantiam inquisitiones fiunt, teneantur infra terminum octo dierum a die inquisitionis numerandorum, mittere promissores, seu alios extimatores ad extimandum damnum datum de quo inquiritur, et in dicto tempore fecisse referri, distinctum damnum a quaque bestia, seu persona datum, et post alios octo dies tunc immediate subsequentes petijsse in iudicio emendationes damnorum, vel aliter notificasse accusato, et [illegible] in damno reperto fuerit, promissionem et relationem ab extimatoribus factam super damno predicto; alias dictis terminis elapsis et predictis non ita servatis, statim damnum passi cadant a iure petendi et exigendi damna pred.ta; et accusati sint liberati ipso iure ab emendatione predicta et a remissione. Prohibemus insuper sub pena privationis iuris predicti, quod segetes, vineae, et quivis alij fructus, quibus damnum datum fuerit, neque vendemmiari colligi aut possint donec in iudicio non fuerit postulata emendatio damni predicti, seu aliter accusato intimatum et notificatum: quam legem volumus habere locum et in accusationibus custodum communis; cum damnum passi antequam ad eorum instantiam inquisitiones formentur possint informari a custodibus, an eidem nota sit re aliquos dedisse damnum in eorum bonis. Addentes quod Petentes teneantur sub vinculo iuramenti, et pena decem librarum denominatos in inquisitione pro testibus descriptis infra terminum trium dierum commisisse citationem et Baiulus infra alium trium dierum illos citasse, et retulisse sub dicta pena; Et si

82v

Citati, non comparuerint infra alios quatuor dies, dummodo gnt in territorio pro pena illorum contumacie et inobedientie teneantur contribuere cum alijs in damno repertis pro equali portione ad emmendationem damni; et si nemo repertus fuerit, ipsi contumaces teneantur ad emmendationem totius damni; et ulterius solvere ut[?] cogantur[?] et solvere compellantur baiocchos quinque pro quolibet et qualibet vice. Et in omnibus supradictis casibus Pater pro filio, Dominus pro famulo, fr. pro fratre, et e contra teneantur etc.

Die 17. xbris 1609 in Die Dominice

Joannes Maria publ. baiulus Terre Baschij etc. retulit mihi Friderico Comandino Potestati d. terre pro Ill.mo D. Ranuccio antedicto ac Not.rio se alta et precona voce, sono tube premisso ut mos est, tanquam preconizasse et publicasse suprad. decretum et legem vulgari sermone, astante et audiente Populo, et me Potestate legente ac illam vulgari sermone declarante ad intelligentiam astantium etc. et aliis fecisse etc. que in similibus etc.

ego Frid. Comand. Potestas et not. rogatus[?]

Ill.mi DD. Marius Sfortia et Franciscus Perpetui Dni Terrae Basci volentes
evitare damnum quod infertur Collectivitati Terrae Basci ab illis qui domos
vendunt, hac pnti perpetua lege sanciunt quod imposterum homines
dcae Terrae cuiusq generis et cond.nis existant nõ audeant neq presumant
vendere, nec aliquo modo alienare domos existentes in dca Terra
vel eius Territorio absq expressa Ill.mor DD. licentia sub pena
tam ementi, q vendenti, vel alio modo alienanti, amissionis domus
emptae, vel venditae, et scutor centum Cam.ae Ill.mor DD. applicandor
Declarant aût nõ esse comprehensos in hac lege illos qui plures habent
domos habitabiles, sed illos tm qui habent unicam domum quibus noluit
licere sine licentia vendere domum vel alio modo alienare &.
Dat. in Terra Basci in Palatio Ill.mor DD. hac die 20 mens Augusti
1607

84